DE OROSII CODICE REHDIGERANO 107

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGICA

QVAM AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV ET AVCTORITATE AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN VNIVERSITATE LITTERARVM VRATISLAVIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

HVGO KACZMARCZYK

SILESIVS

DIE XXIII MENSIS SEPTEMBRIS ANNI MCMIX HORA XII
DOCTORANDVS ORATIONEM HABEBIT
IN AVLA MUSICA
'DE OROSII SERMONE RHETORICO'
DEINDE ERIT PROMOTIO

TYP. GRASS, BARTH & COMP. (W. FRIEDRICH) VRATISLAVIAE.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit

Franciscus Skutsch

Examen rigorosum habitum est die VII mensis Iulii.

FRANCISCO SKVTSCH
SACRVM

Caput I.

Codicis forma describitur.

In bibliotheca urbica Vratislaviae exstat codex membranaceus Rehdigeranus 107, quem Δ significabo, cuius folia 87 centimetrorum 29×23 continent ampla excerpta ex Orosii adversum paganos libris, quae sequitur — initium ultimae paginae explens — Severi ad sanctum episcopum Paulinum epistula incipiens a verbis *Posteaquam omnes coquos tuos coquinae,* desinens in verba *quam dominum ceterorum*[1]).

In reliqua parte huius paginae addita sunt haec verba ab excerptore in contextu Orosii omissa: *Anno ab urbe condita DCLXII nondum . . . Marius cum permovere* (Oros. V, 19, § 1—5) exceptis his: *eodemque anno. . . proferentur* (§ 1^b —2).

In prima pagina leguntur haec: *Istoria horosii p̄βRi* (quae verba ter scripta sunt) *Qui amat carita.* Deinde:

---

1) Quae epistula est prima earum, quas post Orosii historias exhibet et alter Rehdigeranus (108) et Palatinus (829), ex quo eas edidit Halmius in Corporis scriptorum ecclesiasticorum Latinorum vol. I, pag. **251** seqq. Varietatem scripturae hic adnotabo: **251**,1 Severi ad scm̄ epm̄ Paulinum; **251,3** Posteaquam; **251,4** offitium || prevere; **251,5** puerum; **251,6** codire; **251,8** heris; **251,10** omnium (i *suprascr. m. 1*) || amissus; **251,11** exsaciabitur; **251,13** conburet] *om.* || dubitat; **251,14** atque; **251,16** erubiscis; **251,17** voluntas (u *ex* o *corr. m. 1)*; **251,19** ora pro me] *om.*

*in hoc volumine contine*tur* (*n* er.) *excerptum ex historia orosii in lĩb VII quos*******[1]) *augustino cohortante copioso sermone edidit et ad eundem aug̃* ^{s}*idem orosius delegavit.* Sequuntur ab alia manu scripta nonnulla verba, quae ad somniorum interpretationem pertinent, quorum partem manus multo posterior iterum adiunxit[2]).

Folia 1^v —3^v exhibent album eorum summariorum, quae in textu singulis capitibus praescripta sunt; neque vero integra transcripta sunt, leguntur persaepe tantum initia eorum velut: *Bella in qua duae corinthorum civitates* [*incensae sunt* om.].

Folia ita iuncta sunt, ut incipiens ab illis verbis *Istoria horosii* e. q. s. (cf. pag. 1) primus fasciculus tria folia complectatur, secundus binionem, quartus et tertius conprehendant terniones, reliqui autem novem fasciculi quaterniones, nisi quod tertii quaternionis folia 4. et 5. perierunt, quaternionis autem ultimi folia 7. et 8., quae scriptura vacua erant, abscissa sunt. Item folii 13. — finem libri primi continentis — maior pars, quia vacua erat, abscisa est.

Totum codicem excepta prima pagina unus librarius magna cura conscripsit; nonnullos titulos et numeros capitum praesertim in primis paginis rubro colore pinxit. Subscriptione indicante, quo anno exaratus sit, codex caret. Sed Ludovicus Traube eum vetustiorem censuit

1) Septem fere litterae evanuerunt. Quae fuerint antea dispicere non potui.

2) Quae verba edidit R. Wünsch (Hessische Blätter f. Volkskunde II, 89 seqq.) qui in codicem nostrum ipsi Zangemeistero ignotum incidit, dum conficiendo catalogo codicum Rehdigeranorum, quem una cum F. Skutsch, G. Türk, K. Ziegler editurus est, operam navat.

altero Rehdigerano, qui saeculo nono aut fortasse decimi principio scriptus est[1]; neque tamen ultra noni saeculi principium eum redire posse putabat[2]. Praeter folia 1—3, quae duodetricenas lineas praebent, omnia tricenas singulas exhibent.

In margine multa adscripta sunt, e quibus plura exhibent locos Orosiani operis, qui in textu omissi erant, reliqua pars praebet summaria — haec autem in primo tantum libro margini adscripta inveniuntur — numeros capitum, adnotationes velut *proverbium* (fol. 52^{r}) *comparatio* (fol. 42^{r}) *hoc sub hañibal iã sup̄ actum ẽ* (fol. 49^{r}). Quae marginalia, cum neque litterarum ductu neque atramenti colore a textu differant, eidem librario deberi apparet qui textum exaravit aut certe aequali, item correcturas quae multis locis inveniuntur.

Codex enim totus correctus est archetypi auxilio. Quod cognoscitur inde[3], quod hic illic verba, quae librarius casu omiserat, superscripta sunt; in universum autem manus correctrix levia tantum mutavit (saepissime *e* in *ę*, *e* in *i*, *o* in *u*)[4]. Hic illic scriba primariam archetypi lectionem una cum correcta transcripsit velut 99,5 ubi *promptius* statim deletis primis IV litteris et suprascripta *o* mutatum in *potius*, et saepissime *ǒ*. Uno loco (fol. 48^{v} V 4, 20) supra *cuncta* scriptum est *omnia*, quod videtur esse glossa.

---

1) cf. Zangem. p. XIII.

2) cf. imaginem codicis in fine huius libelli additam.

3) Huc fortasse spectat verbum *comparatio*, quod in margine fol. 42^{r} legitur.

4) In nonnullis dubito utrum de suo an ex archetypo corrector hauserit velut quod *etruscos* in *eutruscos*, *mandos* in *maedos* correxit. Hae enim lectiones in nullo alio codice inveniuntur.

Correctus est codex, antequam conglutinatus est; circumcidendo enim nonnullae litterae in margine deletae sunt velut fol. 43ʳ. Folii 4ʳ plurimas litteras, quia pallido atramento scriptae erant, eadem ni fallor manus restauravit.

Textus incipit ab his verbis: *Excerptum de libro horosii PRSBĪ quem* (correcta ex *Excerptum horosi PRSBĪ quod*) *rogante beatissimo augustino epō contra detrahentes temporibus xp̄ianis scripsit id est de malis mundi ante adventum dn̄ī et de iustitia et iudicio omnipotentis super impios.*

Caput II.

De excerpendi ratione.

Orosii adversum paganos opus multis codicibus ad nostros dies propagatum est, ni fallor eo, quod brevem totius mundi historiarum conspectum praebens ad scholarum medii aevi usum utilissimum erat. Sed etiam hunc brevem tractatum ampliora quam illorum temporum usui conveniebat continuisse docet cum Pauli Historia Romana tum hic codex excerpta tantum Orosiani operis exhibens.

Quo in libro excerpendi rationem omnino videmus esse hanc. Omittendos putavit librarius ille omnes locos, qui fabulis vel historiis carent. Propterea in hoc codice neque legitur is locus, quo orbis terrarum describitur (I, 1, 16—I, 2, 106 *necessarium reor* . . . *proferam*), neque maior pars longarum illarum disputationum, quibus Orosius paganis rescripsit. Sed etiam, quo auctore ab Orosio singulae res memoriae proditae essent (velut VII, 3, 5 *sicut Suetonius Tranquillus refert*) et qua olympiade gestae (velut II, 4, 1 *olympiade* . . . *solet*), omisit excerptor. Neque vero eam rationem semper servavit.

Historiarum vero ipsarum electio minime est laudanda. Leviora saepe transcripsit, omisit graviora.

E libro secundo non attulit, ut pauca exempla afferam, pugnas apud Salaminem et Plataeas factas; eius quod hodie Peloponnesiacum vocatur belli non nisi unum proelium invenitur. Omnes quae in libro II. sequuntur res omisit praeter expeditionem Cyri contra Artaxerxem fratrem litesque satraparum atque mortem Epaminondae. Nonnullas res ideo omisisse videtur, quod omnibus notae erant velut ea, quae ex testamento vetere fluxerunt, alias ideo excerpsit, quod nomen aliquod praeter cetera clarum praebent velut Leonidae. Eam partem, quae de Alexandro Magno agit, integram transcripsit, quod non mirum est; nam medio aevo historiae Alexandri summo studio legebantur,

Ne singulas quidem quas excerpsit historias integras servavit, sed breves partes, quae parvi momenti ei esse videbantur, praeteriit velut IIII, 18, 9 *[Claudio Nerone... consulibus] cum Hasdrubal...*; IIII, 18, 21 *vinctum deduxit; [quem Scipio ... Laelio tradidit].* Uno loco plane suis verbis rem exponere ausus est. Pro Orosianis verbis IV, 13, 5 scripta sunt haec: *Siquidem ipso anno galli cisalpini ingens exercitus italiae se defuderunt.*

In universum autem verba Orosiana non mutata sunt. Immo singula excerpta sine coniunctione transcripta sunt exceptis paucissimis locis, quibus ad sententiam melius cognoscendam singula verba velut *postea, Romanorum, tunc tempore* addita sunt, alia omissa velut III, 9, 1 *igitur.* Quo factum est, ut nonnullae historiae falso prioribus annis tribuantur velut III, 9, 1—5, ubi exstant ea tantum, quae extra haec signa [ ] scripsi: *Anno ab urbe condita CCCC VIIII [Romani... intulerunt ... Manlius meruit* (§ 4). *Anno autem post hunc subsequente] Minutia virgo Vestalis ... damnata est.* Non-

nullis locis excerptor sententiam turbavit eo, quod sensu non satis cognito superiorem sententiarum partem omisit et singula tantum verba transcripsit, quae, si sola leguntur, sensu carent velut III, 1, 6: *qui cum . . . pugnandum videret, proviso ad tempus consilio, ut . . . eluderet [unum . . . adpetit alterum . . . suspendit . . .].* In fol. 35r (IIII, 1, 2) etiam primum eius quae sequitur orationis verbum praecedenti sententiae adiunxit: *his causis bellum ingens exortum est romanos [. . . ultima adegit necessitas . . .].*

Caput III.

De excerptore.

Quaerendum est, utrum librarius haec excerpta confecerit an transcripserit tantum. Librarium autem eundem excerptorem esse his argumentis demonstratur.

§ 1.

α) Fol. 43[r] (IV, 19, 1) inter verba *interfectis* (§ 1) et *Deinde conloquium* (§ 2) exstat rasura 29 fere litterarum, in qua etiamnunc dispiciuntur vestigia horum verborum: *At cons*****l*karthagine*venit*; in margine addita sunt: *cui ad Africanum . . . Carthaginem venit.* Apparet librarium primo verbis suis usum esse (cf. ad IV, 13, 5 pag. 6), ut rem brevius exponeret, falso pro Hannibalis nomine *consul* scribentem rebus non satis cognitis. Sed cum codicem secundum exemplar corrigens errorem perspiceret, suis verbis erasis integrum textum in margine addidit.

β) Inveniuntur multi loci, quos librarius exemplar denuo inspiciens, cum iis iam maius momentum quam antea tribuendum esse intellegeret, in margine adscripsit velut in fol. 72[v], ubi res sub Tiberio gestas in textu usque ad VII, 4, § 10 tantum transcripsit, in margine autem postea addidit: *et ipse Tiberius ambiguis signis*

venini obiit (VII, 4 § 18). Alia eiusmodi exempla inveniuntur in fol. 43^r (IIII, 18, 16 *quia inquietudo ... agebantur*), 39^v (IIII, 13, 6 *fabius qui id bellum interfuit scripsit*), 41^r/41^v (IIII, 16, 9—19 *obnoxia essent . . . quis credat* omissis §§ 11 et 13—15), 35^r (IIII, 1, 2 *his causis bellum ingens exortum est. Romanos*), 77^r (VII, 16, 2—3 *et in amphitheatro . . . turbine concremavit*). Unum locum (V, 19, 1—5) etiam post Severi epistulam additum esse iam dixi (p. 1).

In fol. 66^r (VI, 18, 3) post verba *Cn. Pompei filium confecit* erasum est *Antonius*; pone rasuram legitur paragraphus octava: *Lepido satisagente* etc. Apparet librarium primo textum continuavisse; sed cum ea, quae paragraphi 3—7 complectuntur, parvi momenti esse vidisset, eraso vocabulo illo *Antonius* ad paragraphum octavam transiit.

Videmus igitur librarium non paucos locos inter excerpendum mutavisse et radendo et in margine addendo. Si exemplar iam excerpta praebuisset, librarius nihil mutans ea transcripsisset. Nam ne id quidem fieri potest ut excerpta iam in exemplari exstantia alius cuiusdam libri ope mutaverit. Alio enim codice praeter exemplar eum usum esse omnino non est verisimile quod loci in margine additi non aliam traditionem repraesentant. Quae res facile cognoscitur ex collatione horum trium locorum: IIII, 16, 9—19 (nonnullis omissis)[1])

249,15 Campania △ = ω] CampaniaR*; **250,1** designatus △ = ω] dies natus R¹; **250,2** proelio ω] proelium △ ; **250,12** petiit ω] petit D△ ; **250,13** in △ = ω] *om.* Rᵃ || aciem △ = ω] aciae Rᵃ aci*e Rᵇ; **250,16** an] ac D△.

---

[1]) ω littera omnes codices praeter eos quos nominatim affero dico. De reliquis notis vide Zangem.

V, 19, 1—5

327,14 bellum civile △ = ω] civile bellum RP; **328,4** Mithridatem L] mitridatem PR△ metridatim D || cum exercitu profecturo △ = ω] profecturo cum exercitu PR; **328,5** adfectavit L] affectavit PR△ effectavit D; **328,6** suscipere ω] suscipere △ || Mithridaticum L△] mitridaticum PR metridaticum D; **328,7** inpatiens ω] inpaciens △; **328,12** cito LPR¹△] citato R²D.

VII, 16, 2—3

473,6 capitolium ω] capitulium D△; **473,7** bybliothecam H] biblyothecam PR bibliothecam D△.

§ 2.

Summaria nonnumquam plura complectuntur quam excerpta praebent. In fol. 19ᵛ (II, 13, 8) legimus hoc summarium: *De cladibus romanis*; excerpta autem tantum terrae motus et magnam siccitatem referunt cladibus Romanis omissis. In fol. 55ʳ (V, 18, 9) inveniuntur haec: *Prodigium de pecoribus fugientibus et bellum pompei et ruteli consulum per pecenses et marsis.* In textu autem ea pars, quae de Rutilio agit, omissa est (§ 11—14 *Rutilius consul . . . trucidatus est*). In fol. 22ʳ (III, 1, 5) hoc exstat summarium: *Bellum cononis contra lacedaemonios,* quamquam in textu neque nomen Cononis neque res ab eo gestae inveniuntur.

Quibus ex exemplis apparet summaria integri codicis auxilio confecta esse. In ea autem, quae sequitur parte, commentationis nostrae demonstrabimus archetypum codicis Δ primo summariis plane caruisse (sicut LBPR), postea demum aliquem librarium ea ex ipso codice nullo alio adhibito excerpsisse et in margine addidisse. Ex quo efficitur exemplar codicis Δ textum integrum praebuisse. Eodem spectat, quod in

codice Δ ordo numerorum, qui capitibus[1]) additi sunt, non integer est. Excipiunt se exempli gratia in libro II. Caput I, II, IV, VIII, IX, X, XI, XII, XIV, XVIII, XXII, XXVII, XXVIII, XXX. Excerptor enim quamquam capita III, V, VI, VII, XIII etc. omiserat, numeros mutare operae pretium esse non duxit.

Cum utraque quaestione ad eundem exitum pervenerimus, non iam dubium esse potest quin librarius codicis Δ ipse excerpta confecerit.

---

1) In quae similiter atque in D et G textus digeritur.

Caput IV.

De summariis.

Summaria codicis Δ similiora sunt iis, quae hic illic in Laurentiano margini adscripta sunt quam quae in D aut G leguntur. Confecta sunt ab homine Latinae linguae paene imperito; scatent enim barbarismis velut — ut pauca exempla afferam — in fol. 55ʳ *XXVIII Bellum lucii et mari contra samnitas sylla obsessos liberavit pompeius ascolum civium obpugnavit*; in fol. 45ʳ *XLVIII Bellum punificum in quo karthaginienses arma tradita perierunt.*

Summaria saepe in nominibus propriis lectionem praebent diversam a textu. Quae summariorum lectiones non similes sunt iis, quae in ceteris codicibus leguntur. Ortae sunt variis modis. Nonnumquam librarius, qui summaria confecit, nomina propria minus vulgaria ita detorsit, ut captui suo accommodarentur velut IV, 18 *Levinus* t(extus) LD *Lyvius* s(ummarium); IV, 20, 21 *Boiorum* t.[1]) ω, *boeticorum* (*boeotorum* voluisse videtur) s.; V, 18, 25 *Marrucini* t., *Mauricini* s. || *popedius* t.,

---

[1]) t = textus codicis △,
s = summarium codicis △.

L^1PR *pompedius* L^2D *propidius* s.; III, 12, 23 *focenses* t., ω *fenicenses* (pro Phoenices) s. Alii summariorum loci non nisi librarii neglegentia corrupti sunt velut III, 12 *Philippus* t., *Philipphus* s; III, 13 *Scythicum* t., *Scyticos* s; III, 16, 11 *Parmenionem* t., *parminionem* s; V, 14 *Bituitum* t. ω, *Betoetum* s. Reliquae discrepantiae sat paucae explicantur eo, quod textus archetypi varias lectiones praebuit aut post summaria facta correctus est.

Inde apparet summaria secundum librum codici Δ simillimum confecta esse. Eum autem cur ipsum Δ codicis archetypum esse neges nulla est causa.

Restat, ut quaeramus, a quo haec summaria confecta sint. Ea non a librario demum codicis Δ confecta esse patet ex ordine numerorum, qui capitibus praescripti sunt, de quibus iam pag. 11 disputavi. Ut res melius illustretur, hic adiungam capitum numeros ex libro V codicis Δ: I, II, III, VII, VIII, X, XI, XIII, XIV, XV, XVI, XVIII—XXVIII, XXX—XXXVIII. Ab initio in primo libro nova numeratione uti voluerat...omisso enim (ut unum exemplum afferam) archetypi capite IX. adscripsit capiti archetypi X. non numerum X. sed IX....sed quia hac in re difficultates ei occurrebant, transcripsit postea taedio captus numeros ex archetypo non mutatos. Summaria non multo, antequam Δ exaratus est, confecta esse verisimile est vel eo, quod D antiquissimus codex est, in quo eiusmodi summaria exstant, a codicibus autem BPR huic Δ paene aequalibus non minus absunt quam numeri (cf. Zangem. ed. maior. p. XXXIII).

Inveniuntur vero nonnumquam pone fines capitum rasurae, quibus deleta videmus initia eorum quae sequuntur capitum. Post eas rasuras scripta sunt summaria, post ea demum capita ipsa. In fol. 15^v post

verbum *parceretur* (II 3, 7) quattuor fere vocabula erasa sunt. In rasura dispiciuntur *Anno post****************. Deinde legitur[1]) hoc summarium: *II De conditione romae et parricidiis romuli,* tum exstant haec Orosii verba *Anno post eversionem Troiae* e. q. s. (II, 4, 1). In fol. 65^{r} (VI, 15, 29) pone verba *pompei capite a nulloque flevit* erasa videmus haec *Caesar postea.* In sequenti linea scriptum est hoc summarium: *Bellum cęsaris cum achila et regem alexandriae,* deinde *Caesar postea insulam ubi pharus est* etc. In fol. 20^{r} post verba *regem concessit* (II, 16, 17) erasa sunt: *hisdem fere diebus bellum,* deinde leguntur haec: *XXVII Bellum inter cyrum et arxerxen* (tar supra scriptum) *filios darii iunioris. Hisdem fere diebus bellum civile* etc..... In fol 43^{v} (IV, 20, 19)....
..... *gesta sunt.* *Pc******l******************[2]) *XLI Bellum marci cum anthioco boeticorum cum scipione anthioci cum hannibale aemili cum lusitanis. P. cornelio scipione* etc. Videmus igitur librarium nonnumquam summaria primo praeteriisse. Si ea iam in textu archetypi fuissent non facile omitti poterant. In primo vero libro correctrix demum manus (cf. pag. 3) errorem librarii nonnunquam sanavit summaria in margine addens. Ergo manifestum est summaria in archetypo codicis Δ margini adscripta fuisse. Hic illic librarius codicis Δ summarium plane omisit velut in folio 11^{r}[3]) vel in fol. 75^{r}, in quo codicem corrigens numerum tantum in margine addidit.

Patet igitur aliquam archetypi manum ipsius tantum auxilio summaria confecta in margine eius adscripsisse.

---

[1]) §§ 8—10 excerptor omisit.

[2]) Fuit igitur *P. cornelio scipione* e. q. s.

[3]) Ubi capitis numerus tantum a Δ^{1} scriptus legitur.

Caput V.

Utri codicum familiae codex Δ addicendus sit.

Archetypum codicis nostri prioris familiae Zangemeisterianae esse facile cognoscitur. Cuius affinitatis omnia documenta afferre operae pretium non esse duxi. Rem satis illustrari puto ea parte operis Orosiani, ubi quattuor hi codices LΔDB nobis praesto sunt. Quod codici Δ in ea parte commune est cum L solo aut B aut D, aut cum B et D, afferetur pag. 19 sq. Hic enumerabo eos tantum locos, quibus Δ cum LBD contra alteram familiam pugnat.

72,16 reverti ipse σ[1])] ipse reverti PR; **73,9** fabre σ] faber PR^{a}; **74,5** aremulus] remulus LBΔ romolus D; **83,3** assyrii σ; **84,8** retinuere σ] retinere PR^{1}; **84,11** se σ] *om.* PR^{1}; **86,1** arbato PR^{1}B] ab arbato LR^{2}DΔ; **86,4** fere *add.* LBDΔ; **87,10** voluptatis] voluntatis LB volomtatis Δ; **91,10** sed et L^{1b} *(i. m.)* PR] sed etiam L^{t} BDΔ; **95,11** amnem σ] amne PR^{1}; **95,13** tinguentibus σ] tingentibus PR; **96,2** babyloniam LR^{b}DΔB (— yllo — BΔ, — ilo- D)] babylonam PR^{a}; **96,7** Samiramide σ] simiramide PR^{1}; **97,8** babylonam σ (— yllo — BΔ)] babylonem PR^{1}; **99,2** veluti σ] velut PR; **99,6** cedendo σ] decedendo PR; **100,7** a] *om.* LBDΔ; **103,11** sibi turba σ] t. s. PR; **107,2** ponte σ] ponto PR^{a}; **107,3** portasset σ] portasse et PR^{a}; **109,12** nunc σ] *om.* PR.

---

1) σ = Δ et prioris familiae libri.

Caput VI.

De fide codicis Δ.

Quam bene Δ traditionem prioris familiae servaverit cognoscimus, si numerum lectionum cum LBD concordantium, qui prae brevitate partis in cap. V tractatae satis magnus est, conferimus cum paucitate earum lectionum, quae in toto Orosii opere ei communes sunt cum altera tantum familia. Qua in re omittendae sunt eae lectiones verae, in quibus Δ cum PR solis concordat, nam inde, quod hucusque verae lectiones tantum in PR secundae classis codicibus inventae sunt, concludi non potest eas in nullo umquam prioris classis libro infuisse[1]), praesertim cum hi loci magnam partem illic exstent, ubi subsidio Laurentiani codicis et antiquissimi et optimi destituti sumus. Atque pars eorum locorum, ubi PRΔ consentiunt (velut 289, 20; 461, 9; 509, 13), eo minus suspicionem movere potest, quod ceteri libri pro Orosii dictione minus solita vulgariorem atque tritam induxerunt. Sunt autem ei loci in quibus Δ cum PR verum praebet hi:

3,5 meo PRΔ] *om.* DB; **42,4** deinde de PRΔ] deinde BD; **43,1** bibere PRΔ] vivere BD; **60,13** sunt PRΔ] *om.* BD; **64,4** respondent PRΔ] responderunt BD; **71,15** harpalum PRΔ] arpalum LBD;

---

[1]) Hic illic codex vel maxime interpolatus verum solus exhibet (cf. ed. maior pag. XX).

88,4 a R△] *s. l. add. m.* 1 P, *om.* LBD; **135,5** vitandum PR△] vitando L vidando D; **151,2** ingressum PR△] ingressu LD; **181,5** commisso] commissoque PR△ *(cf. pag. 47)*; **289,20** auxilio LD] in auxilium R△[1]; **395,3** trepidi PR△] trepida LD; **412,6** Italiam PR△] italia LD; **413,4** amendatus LD] emendatus PR△[2]; **429,7** quin PR△] quoniam LD; **429,8** Iesus Christus] Chr. I. PR△[3]; **429,19** suffecero LD] sufficerim PR△; **461,9** in id PR△] ad i l D; **509,13** dudum PR△] iam dudum D; **515,11** libertatis PR△] liber D libera G.

Iam restant lectiones, in quibus △ similiter atque PR peccavit, quarum plures non sunt nisi aliae scribendi rationes vel talia menda, qualia a librariis saepissime illata sunt:

α) graviora:

63,7 humanae] inhumanae[4]) △PR (in *deletum* PR), L *deest*; **66,11** admirato et] admiratione PR^{1}△; **88,6** more] mora PR△; **104,18** ad] ac PR△; **183,17** quod] quid R^{1}△; **186,12** CXL milia] CL miliai R△; **254,8** africanus *add.* R△; **257,9** utrique D] utriusque L uterque △ ut̃q: R; **258,1** utrisque] utriusque R△; **370,7** bis] vix PR△; **414,9** ac LD] et PR△; **509,14** rerum] regno R^{2}DG regnum PR^{1}△; **542,12** passura] passuram PR^{1}△; **557,1** hac] ac PR^{1}△; **564,5** ab illa] ab illo PR^{1}△.

β) levia:

101,7 autem] *om.* PR△; **143,12** epaminunda PR△; **152,9** pyrrh. (PR)△; **165,1** Histrianorum] hystrianorum PR△; **181,10** dictu] dictum PR△; **188,4** Gurges] gurgis PR△; **188,15** Samnitium] Samnitum PR△; **285,7** aruspicum R△; **299,11** stragulatus △R^{1}; **309,9** coercitus] cohercitus PR^{a} △; **399,16** Thessaliam] tessaliam PR△; **352,18** at] ad PR△; **420,10** processuros] -rus PR△; **421,17** hi] hii PR^{a}△; **436,1** Carono] Carano △; **453,9** voluntatis *(cf. 87,10)*; **464,12** interfeci; **465,2** quinquagensimum[4]); **465,15** Danubium; **466,1** interfeci; **468,1** aristiden[4]); **470,6** ydaspem; **470,14** extiterunt; **508,1** scolamque; **510,7** diis; **525,11** insiderat; **541,5** urgente; **544,5** scena; **555,6** adversum[4]).

---

1) cf. pag. 52 sq.

2) cf. pag. 57.

3) cf. pag. 58.

4) fortasse recte!

§ 2.

Neque tamen reticendum esse puto codicem Δ in III. libro non raro cum prima Palatini manu consentire:

134,5 plurimis] pluribus $P^1\triangle$; **134,13** videantur] qu*eantur *(er. a.)* $\triangle$ (P^1?); **136,16** asiam LDP^2] graeciam $\triangle$ (P^1?) greciam et asiam R; **144,11** subsecuta] secuta $P^1\triangle$; **149,15** manlius] mallius $P^a\triangle$; **153,17** inluxisse LDR] natum inluxisse P nati inluxisse $\triangle$; **156,8** istius] illius $\triangle$ istius illius P; **161,2** licere] cedere $\triangle$ (P^1?); **170,8** foedissimi] fetidissimi $\triangle$ foe**dissimi P; **176,8** subsequeretur] pers . $\triangle P^a$; **183,4** inhumanum LDR$P^2\triangle^2$] humanum $P^1\triangle^1$; **186,8** quadraginta] XL P^2R L $P^1\triangle$; **186,13** XLVII] XL sex D LVII $P^1\triangle$; **187,8** samnites] *om.* $P^1\triangle$; **189,1** quadraginta et novem LD] XL et VIIII R LVIIII $\triangle$ XL^{et}VIIII P^2 LVIII P^1; **190,6** aspectans] expectans $\triangle$ (P^1); **190,18** discerpsere] (dis *add. m. 2*) P $\overset{d:}{c}$er$\overset{p}{s}$ere (r *pr. ex* s) $\triangle$.

Quas lectiones omnes praeter hanc unam 183, 4[1]) falsas esse facile cognoscitur. Difficile autem est diiudicare, utri codici utrum Palatino an Rehdigerano magis propriae sint, praesertim quod in P liber IV. excidit.

Sed si harum corruptelarum rationem respicimus, videmus similes in Δ non fere praeter librum III. et IV.[2]) inveniri, in P autem similes etiam aliis locis conspici velut:

354,14 innotuisse] notuisse P^a
375,18 dediderunt] dederunt P^a
544,7 dedidit] dedit P^1
cf. 144,11 et 190,18.
395,13 pactione] pactatione P^a *cf. 170,8*;
401,2 iussu] *in ras.* P
412,6 perdita] (ta *in ras.*) P
81,6 quis enim magis] quis $\overset{\text{enim}}{****}$ magis (enim *add. m. 2.*) P
cf. 134,13 161,2

Quas lectiones in Palatini archetypum a correctoris demum manu illatas esse inde patet, quod P^2 archetypo

---

1) cf. pag. 48.

2) qui libri praeterea magis corrupti sunt quam ceteri.

usa eas omnes mutavit aut delevit; archetypum autem codicis Δ eas iam in contextu exhibuisse puto, nam una tantum (183, 4 in censum vix venit, cf. quod paululo infra dicam) correcta est. Quae res eo gravior est, quod librarius codicis Δ tam scrupulosus erat, ut saepe primariam archetypi lectionem simul cum correctura transscriberet[1]). Diiudicare non ausim, utrum vera illa lectio 183, 4 *humanum* ex archetypo prioris familiae fluxerit an cum ceteris illis demum illata sit in Δ; neque tamen hoc verisimile esse puto. Sed etiam ubi falsae illae lectiones ortae sint, discerni nequit.

§ 3.

Prioris familiae maxime Δ affinis est codicibus B et D.

a.) Pauciores enim inveniuntur lectiones, quae ei communes sunt cum L solo. Cuius rei documenta exstant in I, 17, 2 — II, 13, 7 haec:

70,3 exciverit ω] exercuerit *in marg.* L^{1b} △; **72,16** is ω] his L^2 (*aut* L^3) $△^2$; **73,6** nefarie L] nefaria* (*er.* e) △ nefaria BD; **75,14** sterilitatis ω] sterelitatis L△; **76,6** vincla L△] vincula B vincola D; **77,11** lacedaemonam L] lacaedemonam △ lacędaemonũ D lacedemoniam B; **86,15** Babyloniis ω] babylonis (i *supra*) L babyllonis △.

b) Contra cum BD consentit ab L dissentiens his locis:

α. ΔBD.

81,12 recognoscunt L] cognoscunt BD△; **82,9** macedonium △ macedonicum BD]; **82,13** admissi DB△] amissi L ammissi P^1 ammissa R^1; **83,3** babillonam D babyllonam B△; **85,4** primo BD△; **86,10** temptarit L^tR] temptaret B△ timtaret D temptaverit *i. m.* L^{1b} *aut* a temtarit P; **91,12** urbem] urbe BD△ || insimulatos P^1RL] insimulato B insimilato △ simulato D; **99,5** potius $△^b$] promptius $△^a$BD; **100,5** coercuerant] coercuerat (BD)△ (coher—△); **109,14** adversus LPR] adversum BD△.

1) cf. pag. 3 et 38 seq.

β. $\triangle$B.

73,7 Perillus] perilius $\triangle$ perillius B perilus D per illos R; **75,13** quaerellis B$\triangle^{1}$ quaerelis $\triangle^{2}$; **76,5** praemunt B$\triangle$; **79,3** conmoventur B$\triangle$; **79,9** quod B$^{t}\triangle$] quo$\overset{d}{m}$ R^{2} quem *cet. codd.*; **81,2** hoc mundo] hunc mundum B$\triangle$; **82,5** africanum] affricanum D affricum B africum $\triangle$; **84,14** tamen] *om.* B$\triangle$; **85,2** *haec verba*: ut pr. dix. sem. est hab. *om.* B$\triangle$; **86,3** incolomis B$\triangle$; **86,9** attalus] athalus B atthalus $\triangle$ adtalus D; **86,10** temptarit] temptaret B$\triangle$ timtaret D; **88,11** collegit] colligit B$\triangle$; **91,12** insimulato B insimilato $\triangle$; **96,7** gygante B$\triangle$; **97,1** intercapedine] intercapidine R^{2}B$\triangle$ intercapitine D ‖ sui citas LPR^{1}] vicenas BR^{2} $\triangle$ seiunctas D; **99,2** primo B$\triangle$; **99,7** insidias] insidiis; **102,5** victus] motus B$\triangle$; **102,14** Xerxes$\triangle^{2}$] Xerxen $\triangle^{1}$B; **103,14** subrigeretur] subigeretur R^{2}B subigreetur $\triangle$; **107,2** iuncto] vincto LP^{a} vi*cto P^{b} victo R^{a}D vecto R^{b}B$\triangle$; **109,15** sexcentis B$\triangle$.

γ. $\triangle$D.

69,8 Homerus] omerus D$\triangle$; **71,3** scatescentibus] -tisc- D$\triangle$; **72,7** moliretur$\triangle^{2}$] moleretur D$\triangle^{1}$; **73,4** agrigentinos] -nus D$\triangle$; **75,8** furore] furure D$\triangle$; **75,11** redituros$\triangle^{2}$] rediturus $\triangle^{1}$ reddituros D; **75,15** veriti ne] verit sine D veriti ne sine $\triangle$; **76,1** selectos$\triangle^{1}$] -tus D$\triangle^{2}$; **77,8** Messeniis] -nis D$\triangle$; **78,7** scribtorem LPR^{a}B] scriptorem R^{b}D$\triangle$; **78,14** impediri $\triangle^{2}$] impedire D$\triangle^{1}$; **83,9** amuli LPR] amulli B ammulii $\triangle$ amulii D; **85,8** fastidium] fastigium R^{a}D$\triangle$; **86,10** tametsi] tamenetsi D tametsi (*alt.* t *i. ras., fuit* n) $\triangle$; **87,11** Christiani quibus $\triangle^{2}$] christianis quibus D$\triangle^{1}$; **96,4** extrui PD$\triangle$; **98,11** Thamyris] thamiris RD$\triangle$; **101,12** Milciades (e *ex* i) $\triangle$ Miliciades D; **101,14** hosti] hostis D$\triangle$; **103,12** segnior] senior D$\triangle$; **110,14** indutias LPB] inducias RD$\triangle$.

Quibus ex rebus apparet hos tres codices BD$\triangle$ ex communi fonte (y) fluxisse, neque tamen ex eo ipso transscriptos esse.

§ 4.

Restat, ut exquiramus, quantum $\triangle$ absit ab archetypo illo y. Qua in re Bobiensem praetermisi, cum ideo, quod is iam desinens in II, 13, 7 non satis multa

documenta in tam subtili disquisitione praebet, tum quod sine dubio multo deterior est quam Δ. Cum Donaueschingensi solo nobis res est. Codicem Δ propius abesse ab y quam D his duobus argumentis demonstrabo:

I.

Ex apparatu critico libri VII., in quo Zangemeister Lāurentiani adiumento destitutus ceterorum codicum meliores adhibere coactus erat, cognovi codicem Δ paene liberum esse ab iis corruptelis, quae in decursu temporum in deteriores se insinuaverunt; huiusmodi in Δ exstant hae tantum:

432,1 contumaciam P^1R^1D] contumacem $\triangle P^2R^2$GwZv; **532,8** republica] reip; △ reipublicae VK; **552,1** palentinis RD palestinis V $G^{1a}TOX_2Z\triangle$; **554,18** quandoque PRD] quandoquidem G f s h quandoquidem modo (*sequitur* moritur) △; **562,11** depecti] depacti △ R^bG^{1c}v.

Ac ne earum quidem, quae communes sunt optimis — sc. prioris familiae — horum testium, eum participem esse videmus
(velut **444,8 449,9 517,5 530,1** GM; **445,16 458,17 467,1 505,4 508,18 522,10 528,1 530,1 530,9 538,1 554,18 556,11 558,10 559,8 561,8** KM; **509,13 515,11 544,7 546,12** GKM).

Codici D multo plures lectiones falsas quam codici Δ communes esse cum deterioribus — longe plurimas cum VTWON — apparet ex hoc, quem hic addidi, elencho.[1])

446,21 notesceret; **457,10** castores; **457,17** post a; **461,9** in id; **509,13** dudum; **509,14** regnum; **510,8** ecclesias; **512,6** dĩ esse; **515,11** libertatis; **517,10** inaestimabilem; **521,11** purpuram;[2]) **525,4** annos *(cf. pag. 63)*; **529,6** arta; **529,11** posset; **530,1** signo crucis signum proelio; **531,7** sua se manu; **544,6** purporum[2]); **544,7**

---

[1]) His omnibus locis lectionem △ addam; de reliquis vide Zangem.

[2]) cf. pag. 62.

dedidit; **545,13** argentumque; **546,1** ministeria; **546,18** adgregantur; **547,1** circumfunduntur; **552,9** atque; **552,10** ipsi . . . paenitent *(cf. pag. 64)*; **553,1** nunc; **553,13** egredi atque; **556,11** fuit; **557,6** quia; **559,8** interclauso; **559,9** tunc; **559,10** rex; **561,8** electus; **563,10** nullo; **564,2** punitiones.

Numerus earum certe maior est quam earum quae in Δ inveniuntur.

II.

Codici Δ plures lectiones quam Donaueschingensi communes sunt cum Laurentiano. Quam ad rem demonstrandam satis habeo librum sextum tantum excussisse. Longum est hic omnes eos locos afferre, quibus uterque cum L contra alterum genuinum exhibet, praesertim quod de praestantia codicis postea agetur[1]; maior autem genuinarum lectionum numerus non semper in eo codice invenitur, qui tempore propius abest ab archetypo. Affero locos in utroque codice corruptos:

a) D] contra LΔ.

349,1 vel sectae] sectae LΔ; **351,1** crederet LΔ^{1}; **352,5** germina] germani Δ germana L; **352,8** LD sciebat Δ^{1} L^{1}[2]; **368,1** cylen LΔ; **368,1** ityreos LΔ; **368,10** cogeret $\overset{\text{vix}}{**\Delta}$; **371,9** soluere Δ; **372,10** $\overset{u}{a}$tuatici Δ; **374,17** aestuari atque Δ^{1}; **378,12** multitudine (*sed* ine *in* o *corr.*) LD; **406,7** possit LΔ; **425,9** actotaque LΔ.

Δ] contra LD.

379,10 circumventos Δ] -tus LD; **388,16** cuniculos Δ] -lus LD; **395,3** trepidi Δ] -da LD; **412,6** Italiam Δ] -lia LD; **425,1** tharaconem Δ terraconem L terram | conem D; **429,7** quin Δ] quoniam LD; **429,8** Iesus Christus (L)D] Chr. I. Δ[3]; **429,19** suffecero (L)D] sufficerim Δ[4].

[1]) cf. pag. 33.

[2]) Hic et iis qui sequuntur locis Δ^{2} praebet lectionem Zangem.

[3]) cf. pag. 58.

[4]) cf. pag. 58 sq.

Caput VII.

De auctoritate codicis Δ.

§ 1.

Ex ea quae antecedit parte commentationis nostrae iam cognovimus codicem Δ in optimis manuscriptis habendum esse, nam tam sincerus prioris familiae testis est, ut etiam propius absit a communi archetypo quam Donaueschingensis. Nunc, ut accuratius definiatur, quod in Δ pretium insit, variantes lectiones eius et meliorum prioris familiae codicum conferendae sunt. Qua in re, ne libri solo numero corruptelarum aestimentur, distinguo has tres rationes:

a. ea menda, quae casu vel errore stili orta sunt;
b. quae librarius quidam captui suo accommodavit verbi sensum aut orationis perpetuitatem non cognoscens;
c. interpolationes.

Lectiones hoc modo distinguere non semper facile erat praesertim in D, quia is „exaratus est ab operario archetypum sine iudicio transscribente". Sed etsi nonnumquam non recte statuimus de mutationis genere, tamen non verendum est, ne graviter peccaverimus in effectu; nam numerus locorum examinatorum tantus est, ut aliquot loci sine damno neglegi posse videantur.

Quae res comprobatur eo, quod in definiendo Zangemeisterianorum codicum pretio ad eundem quo Zangemeister eventum perveni. In statuendis corruptelis optimum putavi textum Zangemeisteri sequi exceptis certissimis tantum eorum locorum, quos ipse in extrema huius commentationis parte emendavisse mihi videor.

Quibus rebus praemissis iam rem ipsam aggrediamur.

§ 2.

Quod attinet ad leviora illa genera (a et b), primo obtutu apparet codicem Δ splendidam illam Laurentiani integritatem (sed cf. pg. 36.) non assequi.

Quanto Δ Donaueschingensem in minutiis (a) antecedat, satis me evincere posse puto ex collatione X paginarum textus Zangemeisteri (α) et iis mendis, quae ex libro VII. elegi (β)[1].

α. **pag. 69** *(inde a lin 6.).*

lin. **7** atque] adque; lin. **8** Homerus] omerus; lin. **14** Dei] dī; lin. **18** adversum] adversus.

pag. 70.

lin. **3** exciverit] exercuerit Δ; lin. **5** inustum] iniustum; lin. **6** Peloponnensium] poeloponensium; lin. **7** fractorum] factorum; lin. **8** totam] totᵃm || Graeciamque] graetiamque Δ; lin. **10** LXIIII] sexagesimo quarto Δ || apud] aput || Assyrios] asyrios; lin. **12** scortorum] scorthorum || purpuram] *idem, sed alt.* u *ex* o Δ || colo] collo; lin. **13** atque] adque.

pag. 71.

lin. **2** Assyriorum] asyriorum; lin. **3** scatescentibus] scatiscentibus; lin. **4** Scythas Chaldaeosque] scytas caldeosque; lin. **6** fuere] fuisse; lin. **8** imperitavit] inperitavit || Assyriorum Persarumque] persarum asyriorumque; lin. **16** epulandumque] aepulandumque (*alt.* u *statim ex* o).

[1]) Ante uncinum posui textum Zangemeisteri, post lectionem codicis Δ.

pag. 72.

lin. **3** huius] hus || immemor] inmemor; lin. **4** committit] conmiltit; lin. **7** moliretur] *idem, sed* i *ex* e △; lin. **15** maximae] maxime, lin. **16** is △[1]] his △[2] || finis] f^i^nis.

pag. 349 [1]).

lin. **1** vel sectae] sectae; lin. **2** prospectum] prospectus; lin. **3** actu praeferant] actum preferant; lin. **7** contemnere] contempnere; lin. **14** repppererunt] *idem, sed* re *alt. suprascr.* || referrentur] referentur; lin. **16** contumacia] contumatia.

pag. 350.

lin. **2** suspiciones] suspitiones; lin. **5** ratiocinatio] rationatio (*sed recte p. 353, 4)*; deficit] L defecit PRDv△ || crediderimus] credeᶦderimus; lin. **6** intellegemus] intellegimus; lin. **7** velis] vellis; lin. **9** mutans] mutant^s^ *(alt.* t. *eras.)* || quoque] quodque; lin. **17** colebatur] colibatur.

pag. 351.

lin. **1** crederent △[2]] crederet △[1]; lin. **2** latissima] largissima; lin. **3** adnuntiatae] ad^n^nuntiatae; lin. **10** dis] diis || primum] *om.*; lin. **11** elegerint] eligerint || invitarint] invitarent; lin. **14** praecipuum] praecipuŏm || ademptis] ademtis; lin. **15** praetermissis] pretermissis || discesserint] discesser^i^unt (u *er.*); lin. **16** adytis] aditis *(sed recte 354, 3)*; lin. **17** Di] dĩ; lin. **19** disseruerit] disseruirit.

pag. 352.

lin. **2** ortu] ortŏ || saluus] sal^u^us; lin. **5** germina] germani; lin. **6** quadringentos] CCCC; lin. **8** sciebant △[2]] sciebat △[1] L[1] || custodiere] cŏtodiere; lin. **11** adgnosci] agnosci; lin. **13** contempti] conte^p^mti || illi] ille; lin. **18** cepit] coepit || tenuit. at] tinuit. ad || di] dii || magis] mag*is (n *er.*)

pag. 353.

lin. **1** adprehendere] adprȩhendere; lin. **4** ratiocinationem] ratiotinationem; lin. **6** aversi] *idem ex* adversi *corr.* || adflixisse] adfli^x^*isset (*er.* s); lin. **8** adnuntiari] adnuntiar^i^e; lin. **10** reprimere] repremere || superstitionem] superstitione.

---

[1]) Monendum est Zangemeisterum ex D inde a libro II. non adnotavisse nisi potiora.

β. Levium mendorum potiora in libro VII.:

431,12 tanta *om.* || fuerit; **436,2** septenariis; **439,5** praecepit || orbe; **440,21** tundere; **442,5** referi; **447,6** roma; **449,11** quisq.; **452,3** suedotyrum; **453,16** mecetiatiana; **454,1** hiliadam (i *pr. ex* e); **456,12** urbe; **457,13** victor] *om.*; **464,16** popularis scandapila; *post* popularis *in textu haec glossa* feretrum rusticum *legitur*[1]); **465,6** primo] *om.*; **465,12** decem et octo; **466,13** putane; **466,15** ephanteum; **469,9** herisiarches; **470,11** eo] et; **472,2** fecerant; **478,13** tertium] tergum △; **478,16** a] *om.*; **503,15** exitiabile plurimis dogma] pl. d. ex.; **505,5** calocherum; **507,12** imperatorem] *om.*; **507,17** magnentio; **508,1** purpura; **508,8** ac] *om.*; **511,1** obvio] ovio; **511,3** iovinianus; **511,6** Sabore; **512,6** esse iudicia dĩ; **512,8** ioviniano; **514,3** burgundionorum; **515,1** imperii sui Valentinianus] u. imp. sui; **515,9** imperium quattuor annis] qu. ann. imp.; **517,8** vita; **518,3** chunnorum; **518,7** crederetur] cederetur || tradidere] tradere; **518,9** trachiam; **519,12** villae; **521,11** syrmium; **523,1** chunos; **524,11** italiam; **524,12** theudosium; **533,13** mascelzen; **535,14** tradidere] tradere; **538,4** ferunt] *om.*; **541,7** multis] *om.*; **541,12** tamque] *om.*; **542,9** sentit; **542,10** obliquam] obligam; **542,11** piam] copiam; **544,10** tantorum; **545,14** spondit; **547,13** sive] *om.*; **549,2** theodo *(sic!)*; **549,3** archadi; **552,12** nunc mihi] mihi nunc; **553,11** euangellium; **562,1** correptam.

§ 3.

Codicem Δ a gravioribus quoque corruptelis (b) se magis quam D abstinuisse videbis ex iis huiusmodi lectionibus, quae in septimo libro inveniuntur.

α. vitia in D[2]):

436,10 exusta erant; **438 18** censu; **440,20** augenda provinciis; **441,14** religioni; **441,18** quaecumque; **442,7** rege salvari, rege caesari; **447,2** quartus regnum; **448,13** quoquo modo; **449,12** loquar; **453,3** ne a; **453,16** aiebat; **454,8** negotiatorum; **454,12** ne; **455,3** subsequente autumno; **457,8** uno; **457,11** quarto || proelio; **458,6** contrusisset; **461,2** praedictum; **461,4** diversis; **463,4** ecclesiam; **465,2** admodum;

[1]) cf. pag. 37 sq.

[2]) His omnibus locis lectionem codicis △ exhibeo; de reliquis vide Zangem.

468,5 nemini; **471,12** barbarae, multitudine; **511,1** conto ictus; **514,8** crebra; **517,12** impari; **522,8** misericordia; **530,1** signo crucis signum proelio dedit; **535,5** verbo; **542,7** expenderunt; **542,14** aliquantulo; **546,11** exertis; **547,2** iudicii; **547,9** ducendis; **550,1** proterunt; **552,6** claustrisque patefactis cunctas gentes; **552,12** loquendi; **553,14** uteretur; **554,3**, **554,13** execrati; **556,7** exulat iovinus; **557,5** habebat; **560,15** auctor; **564,2** punitiones.

β. vitia in Δ:

431,6 *post* unum *interpol.* Caesarem; **431,18** fructu] fructum; **432,5** afficit; **441,1** deglubere] deglobare Δ; **454,3** marmorea; **456,4** industriamque; **457,7** galiam; **463,5** audiret; **463,9** ubique; **466,15** dirupta; **508,1** purpura; **511,12** novo; **528,10** subnexus; **530,9** specula; **535,9** signiferum] pestiferum; **535,14** conversi; **553,12** vos] *om.*; **554,4** ut] et ut; **556,12** refecto] referto; **559,13** auditu; **562,2** perierant.

Quartus tantum liber in talibus (b) excipiendus est, ubi Δ Donaueschingensi paulo cedit. Quae res explicatur cum eo, quod in archetypo libri Δ scriptor libri IV. ingenio suo magis indulsisse videtur, tum eo, quod D in IV. libro melioris quam in ceteris libris traditionis testis est.

§ 4.

De interpolationibus.

De interpolationibus (c) accuratius mihi referendum est. Sed ne eas quidem omnes hic afferre potui. In universum non praebens nisi quaestionis summam e partibus tantum Orosiani operis omnes singulorum codicum interpolationes exscripsi, sed his partibus rationem quaestionis satis illustratum iri spero.

1. Δ comparatur cum D (et B).

Seorsum atque accuratissime mihi referendum esse puto de libro VII., quem meliorum prioris familiae codicum D solus tradiderit. In D inveni has interpolationes:

ω[1]) △	D
432,2 defluxisse]	fluxisse;
435,19 eversionem]	versionem;
436,5 occursu]	occursum;
436,19 christus]	dominus christus;
437,6 primum]	primo;
441,3 dimisit]	misit;
441,17 immutata]	mutata;
446,1 excepit]	explevit;
446,10 et]	*om.*;
446,21 notesceret]	innotisceret;
454,6 expensas a]	expensa;
456,14 oppresso]	praesso;
457,10 castores]	castoris;
457,17 post a]	postea;
458,11 mersus]	misus *(cf. 285, 8)*;
461,9 in id]	ad id;
464,16 cuius]	et cuius;
465,8 generali]	regali;
466,1 repertos]	interceptus;
466,10 alio]	aliis;
469,2 de]	*om.*;
470,9 post dum]	post;
471,16 praesentius]	praesenti (*sc.* siti);
472,5 perterritos]	territus;
472,15 fiscalium]	fiscalia;
473,3 depugnavit]	pugnavit;
473,5 animadvertit]	advertit;
479,2 christum et]	christi (xp̃i);
502,17 contra]	adversum;
503,2 ipsum licinium]	ipsum.
503,6 adsurgentem]	surgentem;
507,11 porrexit]	perrexit;
509,13 dudum]	iamdudum;
509,14 regnum	regno;

[1]) ω = omnes codices aut maior pars meliorum.

510,8	ecclesias]	ecclaesiam;
515,11	libertatis]	liber;
517,2	firmum]	primum;
517,10	inaestimabilem]	innumerabilem;
518,1	lacerationes]	lacerationem;
518,9	victo]	metu;
521,11	pupuram PR △	purpura[1]);
524,4	hoste]	hostibus;
525,4	annos PR △	annis D[2]);
526,8	solo]	magno;
529,6	arta]	alta;
529,11	posset]	possit;
532,14	vixitque . . . imperiique]	vixq: . . . imperii;
534,5	per fidem]	fide;
543,4	imperium]	imperio;
544,6	purpuram (purporum △)	purpura[1]);
544,7	dedidit]	dedit;
545,13	argentumque]	atque argentum;
545,13	honeste]	hostis;
546,1	ministeria]	mysteria;
546,18	adgregantur]	congregantur;
547,1	circumfunduntur]	confundantur;
550,4	refunduntur]	diffunduntur;
551,7	praediis]	presidiis;
552,8	actis]	adiectis;
552,9	atque hominum]	hominumque;
552,9	discursibus	discursiobus;
552,10	ipsi paenitent	ipsos paenitet[3]);
553,1	quo]	quod;
553,9	iuste ista]	iuste iste;
554,9		et *post* hunis *add.*;
556,11	fuit]	fuisset;
557,6	quia]	qui;
559,7	a]	e;
559,8	intercluso (interclauso) △]	inclusus D;

1) cf. pag. 62.

2) cf. pag. 63.

3) cf. pag. 64.

559,10 rex]	tunc;
561,8 electus]	ordinatus;
562,10 eodem]	eorum;
563,10 nullo]	et nullo;

In Δ:

ω	Δ
431,5	per] *prius om.*;
438,4 ipse est]	ipse est enim;
453,2 visus]	ausus *(fort. ex librarii incuria ortum)*;
464,5 pravissima]	-me;
473,12 vivus]	vivus mortuus.
493,5 patre]	patre suo;
528,5 Arbogastes]	Arbogastes tunc;
534,8 cum his]	cum in his;
541,13 parum]	parvum;
544,15 turbat]	turba^tdam;
547,2 divini]	divinitus;
554,18 quandoque morituro]	quandoquidem modo moritur,

Videmus igitur codicem Donaueschingensem non paulo plures interpolationes exhibere quam Rehdigeranum Δ. Omnes quas exscripsi interpolationes eiusdem fere ponderis esse credo exceptis his tribus locis 521,11; 544,6; 552,10, quibus doctus quidam vir in D eam dictionem, quae Orosii aetati propria est, de qua inter ceteros codices meliores omnes consensus est, legibus grammaticae tritis adaptavit idque adeo non inficete, ut Zangemeister has coniecturas probaverit.

Concedatur mihi hic paululum disputare de lectionibus genuinis, quales et quot in utroque codice inveniantur. Omissis levioribus nullum locum in D (sc. libri VII.) invenimus, quo solus verum praebeat; sed certe quattuor verae lectiones Δ solo defenduntur:

445,6[1]) *miñocynobellinum*; 470,9 *post dum cum*; 509,6[2]) *reverteretur*; 558,6[3]) *referunt*. Eorum locorum, quibus alter a deterrimis tantum adiutus genuinum servaverit, Δ habet hos quattuor: 457,11 *bedriacum*; 471,16 *praesentius*; 504,4 *barbarici*; 558,10[4]) *aliquantulum*, D autem hunc unum 561,8 *vallia*. Talium locorum, quibus familiae non secernuntur, sed utriusque familiae singuli contra ceteros stant, inveni 23; Δ non nisi ter peiorem scripturam praebet, quae tamen corruptelae omnes in D quoque leguntur; ceteris 20 locis Δ verum servavit novies dissentiens a D, in quo corruptela legitur.

Quibus rebus expositis demonstratum esse puto Donaueschingensem cum numeratis tum ponderatis lectionibus in VII. libro codici Δ plane cedere. Itaque Δ huius libri optimus testis habendus est.

Maxime ad cognoscendam auctoritatem codicis Δ pertinet ea pars Orosiani operis, cuius optimos praeter Laurentianum testes hos duos codices B et D habemus. Si enim res recte exquisita est, fieri non potest, quin Δ multo melior sit quam B, qui „magis depravatus est pluresque quam D continet interpolationes, magnam partem cum R^2 consentientes[5]).“

In B inveni haec gravia vitia.

1,3 de] *om.*; **1,4** enim] *om.*; **1,5** possim; **2,13** suorum R^2; **3,5** meo] *om.*; **4,3** adversus; **4,5** sunt] *om.*; **4,11** autem; **5,5** fuerunt; **5,10** consequatur; **6,1** prudentiam; **6,2** docere; **6,11** auctores R^2;

1) cf. pag. 60

2) cf. pag. 62.

3) cf. pag. 64 sqq.

4) cf. pag. 67 sq.

5) Zangem. p. XI.

7,1 linquentes R²; **7,2** auctoritate; **7,6** autem] *om.*; **7,6** bona]pia; **7,9** moderatum; **8,3** monstravimus R²; **8,8** vacare R²; **8,10** malis] *om.*; **8,10** e] *om.*; **40,11** et; **41,6** non] *om.*; **41,6** fidelis R²; **41,10** subolem Bt; **42,4** deinde de] deinde || totius *om.*; **42,6** contigerint Bt R²; **42,13** barbariam; **43,1** vivere; **43,2** docuit; **43,8** certe hiis; **44,4** incesto R²; **45,12** quo; **45,13** montibus R², **46,3** iordanis R²; **46,8** nec R²; **46,9** est; **47,6** aspectu Rb; **47,13** de] *om.*; **49,4** ante; **49,4** tota; **59,12** conquissierat; **59,14** susciperat; **60,9** pater] mater; **60,12** sunt] *om.*; **60,13** vocati; **61,10** ac; **62,1** quia; **62,5** adiunguntur; **63,4** utrique Bt utrisque Bm; **63,11** incredibile; **64,4** responderunt; **64,5** quo; **69,1** maiorum; **65,1** plenius; **66,1** ictu; **68,1** construendo; **68,4** vitandos; **68,15** cognita Rb; **68,16** sibi] *om.*; **69,4** et] *om.*; **69,7** quantas Rb; **69,9** texere; **70,5** media; **72,5** tradidit R²; **72,7** e] *om.* R²; **72,10** ut in Rb; **72,12** numquid; **73,6** nefaria; **73,8** aereum; **73,9** possuit; **74,8** si videtur] *om.*; **75,1** armisque; **75,9** totas *om.*; **76,4** inutili R²; **77,2** infestos R²; **77,9** ad; **77,11** lacedemoniam; **77,13** ad] *om.*; **78,14** voluntates; **79,10** qui] *om.*; **81,10** perficit; **82,11** et; **85,7** dominorum;. **85,8** est; **87,7** quare *om.*; **91,10** aequare; **95,2** scythiamque et totum: **95,2** scythiamque; **95,7** cum R²; **95,8** aequitum R²; **96,15** aureae; **97,1** vicenas R²; **98,16** castra R²; **99,16** aliquantulum; **102,10** regno; **103,2** pontum; **103,12** nec; **103,14** subigeretur R²; **103,15** quarta; **103,15** viderit; **106,18** maxima; **107,2** vecto Rb; **110,2** servarent; **110,16** signo Bt; **111,5** aborta.

In D:

1,7 magnam magni . . . domum; **2,3** praeparatur; **2,4** solam; **3,5** meo *om.*; **4,3** existentem; **5,7** et *om.*; **5,8** munus; **5,10** propemodo tam; **5,10** consequitur; **6,1** prudentiiã; **7,2** auctoritate; **7,17** et *om.*; **8,3** monstrabimus R²; **41,4** neglegendo; **41,5** confidendo; **41,6** fidilis R²; **42,4** deinde de] deinde; **43,1** vivere; **43,11** quos; **45,13** demisses . . . montebus R²; **46,3** iordanis R²; **46,8** nec R²; **47,3** fecerunt; **49,4** tota; **59,11** scelerum *om.*; **60,12** sunt *om*; **64,4** responderunt; **65,1** plenus; **66,4** maximam partem; **70,5** media; **70,7** factorum R²; **73,6** nefaria; **73,9** aereum; **74,5** romolus; **76,6** vincola; **77,7** proelio; **77,9** postremo; **78,8** late *om.*; **78,11** imminuti; **78,17** nutriti; **79,6** me memini; **79,9** quem; **79,10** qui *om.*; **87,12** in *om.*; **88,4** a *om.*; **91,12** simulato; **95,1** quia; **96,13** cocto; **97,1** seiunctas; **99,7** interpositis; **98,15** a *om.*.

In Δ:

1,7 cum] quanquam; **1,5** praeceperas; **4,10** videbatur; **8,10** e specula] specula; **43,9** in] *om.*; **60,2** innocentem; **61,15** ad saecula; **63,7** humanae] inhumanae; **66,9** huius] eius; **68,15** cognitam (Rb); **69,18** adversus; **70,3** exercuerit; **70,7** factorum R^2; **78,7** diviso] diverso; **78,14** et] *om.*; **82,4** et] *om.*; **84,8** babylloniam; **84,14** tamen] *om.*; **85,10** oriens; **88,6** mora; **97,1** vicenas R^2; **99,2** primo; **99,3** truncantur; **103,14** subigreetur (*sic!*) R^2; **104,18** ad] ac; **107,2** vecto R^2.

Subducentes huius rationis summam videmus codicem Δ pauciora vitia quam D habere, multo pauciora quam B. Horum vitiorum R^2 quoque nonnulla exhibet, quae docti hominis manus permultas coniecturas saepe sagaciter inventas, sed plerumque falsas, alicunde — ni fallor ex prioris familiae codice, ex quo in plurimos libros transierunt — intulit (cf. Zgm. ed. maior p. XIIII). Ipsis numeris earum lectionum, quae libris ΔDB communes sunt cum R^2, confirmatur magna codicis Δ auctoritas, nam exstant harum interpolationum in B 25, in D 6, in Δ 5.

In reliqua parte secundi libri et in quinto et sexto Δ traditionem non minus sinceram servavit (in V. libro D habet 60, Δ 16 interpolationes, in VI. D 51, Δ 21).

Aliter res se habet in III. et IV. libro.

In III. D exhibet 40 locos interpolatos, Δ 26. Sed in his codicis Δ locis inveniuntur 10, qui consentiunt cum P^1, de quorum fonte iam supra disputavimus (cf. pag. 18 sqq.).

Si hos X locos deducimus, eandem fere traditionem habemus quam in ceteris libris iam tractatis.

In libro quarto vero auctoritas codicis Δ non maior est quam codicis D, etsi fortasse non minor.

Sed quin harum quoque interpolationum magna pars cum P[1] consentiret, nisi hic liber in Palatino excidisset, certe nemini dubium erit.

Iam ad finem huius disputationis partis pervenimus: Cum septem quaestionibus separatis ad eundem fere eventum pervenerimus non iam codicis Δ praestantia dubia esse potest.

2. Δ comparatur cum Laurentiano.

De Laurentiano Zangemeister hoc statuit: „codex antiquissimus ab interpolationibus magis vacuus est quam ceteri omnes.“ Quod quidem concedendum est, de gradu autem praestantiae ab eo dissentio. In sequenti enim parte commentationis demonstrabo Zangemeisterum Laurentiano nimiam auctoritatem tribuisse. Homo quidam sciolus in eo non raro eam dictionem, quae Orosii vel eius aetatis propria est, communi usui vel captui suo accommodavit, velut 127,15, 167,4, 173,2, 181,5, 188,13, 240,16, 278,19, 289,20, 292,14, 335,15, 379,12, 413,4, 429,19. Nonnullae harum interpolationum in alios codices transierunt, maxime in Donaueschingensem, velut 181, 5; 240, 16; 278, 19; 413, 4; 429,19. His adnumerandi certe sunt plerique eorum locorum, quibus solus ordinem vocabulorum inversum praebet. Quorum Zangemeister plures quam in maiore editione in altera emendavit[1]). Non verendum est ne non recte fecerit; immo etiamnunc restare, in quibus iniuria L codicem secutus sit (excipio 152,17; 322,7), in extrema huius commentationis parte demonstrabo. Cum his locis immutatus verborum ordo ipsi librario

1) velut 75,5,

codicis L debeatur[1]) neque ab elegantis latinitatis usu abhorreat, etiam nonnullas interpolationes eidem librario tribuerim.

Videndum nunc est, num principatum contra Δ quoque obtineat.

In I, 17,2—II, 13,7 Laurentianus haec vitia graviora exhibet:

70,14 exc. a. bell. nud. p. pr.; **75,5** late diu; **77,5** missi; **78,6** Eligunt; **78,17** nutriti; **79,9** quem; **79,10** qui *om.*; **85,7** alienarum; **85,7** tum; **98,12** transitum (?); **99,2** primum *om.*; **103,10** occubuerunt; **107,2** vincto.

Quae si comparamus cum eis, quae ex Δ composuimus p. 33, videmus eum codici Δ sinceritate paulo antecedere.

Sed in Laurentiano singulorum librorum fides diversa est: optimam traditionem praebet in libris I, II, IV, multo peiorem in V. et VI. libro. Exempli causa conferantur quae uterque codex in l. VI peccavit.

L: **350,1** magno *om.*; **350,13** eur. a. afr.; **352,12** per; **353,21** quod; **354,3** excesserunt; **355,1** et *om.*; **371,17** haec copia; **372,4** tempus; **374,4** retractatus; **375,12** rumpi; **378,16** ac *om.*; **379,10** circumventus; **379,12** ad[2]); **388,6** examinari; **388,7** aetates hominum; **388,15** decesserunt; **393,22** ante; **394,5** ab senatu; **395,13** afranium petreiumque; **399,2** venerunt; **400,12** utrique; **404,8** recuperato; **406,19** consecrantur; **407,8** orbem; **409,17** conpulerant; **409,17** manifestatissima; **412,5** multa; **412,6** italia; **412,6** militum suorum; **413,4** ammendatus *(cf. pag. 57)*; **415,3** frumenti; **418,1** caesare *om.*; **420,2** futura *om.*; **420,19** primus; **427,1** positis; **427,3** quietissime; **427,4** augusti senectute; **428,2** iocoso; **428,5** in *om.*; **428,10** dominus] deus (ds̄); **429,7** quoniam; **429,19** sufficero[3]).

Δ: **351,10** primum] *om.*; **370,6** obvius; **370,7** bis] vix; **374,6** hiemavit; **374,17** sinibus] finibus; **379,18** fossas; **389,7** domitis;

---

[1]) cf. Zangem. pag. VIII.

[2]) cf. pag. 55 sqq.

[3]) cf. pag. 57 sqq.

401,2 adtingit; **402,15** ascendit; **403,1** natando; **412,9** minis] nimis; **413,14** e] a; **414,9** ac] et; **414,20** quoad] quamdiu; **415,5** validissimam; **416,6** quarto; **418,4** positis; **420,17** quinto; **420,18** et] *om.*; **421,11** parvum; **422,18** intellexit; **423,13** belli] iani; **424,18** militibus. **428,10** quo] quod.

In universum gravioribus vitiis Δ non minus caret quam L; accedit, quod octo ex his codici Δ (in lib. III.) cum prima Palatini manu communia sunt ideoque facile agnoscuntur.

Sed pretium Laurentiani sane paulum augetur vetustate, qua paene excluduntur leviora vitia, qualia inscitia librariorum oriri solent aut errore stili velut in numeris — neque tamen in nominibus propriis (cf. Zgm. pag. VIII.) —. In talibus ei summa auctoritas tribuenda est. Sed numerus horum locorum exiguus est, nam graviores corruptelae fere omnes iam in L exstant.

In orthographicis vero rebus fides eius valde dubia est. Assentiri enim non possum Zangemeistero, qui in his potissime secutus est Laurentianum arbitratus „hic luculento exemplo intellegi posse, quam parva fides codicibus etiam noni decimique saeculi tribuenda sit in his rebus, eosque suum potius usum sequi solere quam veterum auctorum quos descripserunt manum conservare“. Concedo Laurentianum non raro in orthographicis aut meliora aut certe non deteriora reliquis praebere velut:

172,6 *fuere* L] *fuerunt* ΔDPR; **173,18** *tum* L] *tunc* ΔDPR; **215,5** *peiurio* L] *periurio* ΔDPR; **395,1** *traduxit* L] *transduxit* ΔDPR.

Tamen nonnullis locis, ubi clausula discrimen facit, ceterorum codicum scriptura comprobatur velut

226,16 *consul audiit* L] *cōnsŭl aūdīvĭt* ΔDPR; **262,5** *transiit ex Asia* L] *transīvĭt ēx Āsĭă* ΔDR.

Sed quis omnino vinctis manibus ei librario se addicet qui tam temere, neque tamen barbare, ordinem vocabulorum mutaverit et certe nonnumquam ad interpolationem progressus sit?[1])

Satis in utramque partum disputatum esse puto. Tamen, uter in universum melior sit, diiudicare non ausim; sed in tam subtili discrimine sine damno res in medio relicta sit.

§ 5.

De auctoritate codicis Δ in universum.

De corruptelis statuenda sunt haec. Ab iis barbarismis, qui Donaueschingensis proprii sunt velut *spania*, *capitulium* Δ non prorsus abstinuit. Ordo autem vocabulorum etiam rarius inversus est quam in D, cui in talibus summa fides debetur; omnia huiusmodi menda neglegentia librarii orta sunt. Sex locis glossa in textu legitur: V, 4,20 *omnia* supra *cuncta* scriptum; VI, 11,20 post *velutunum* erasa haec *nomen est unum*; VI, 11,21 *oppidum in editissima*] *oppidum*$_{**}$(fort. *as* er.) *perspicuum in editissima*; VI, 16,3 post *pervagatus* legitur *filius Mithridatis*; VI, 19,20 ante *reginae* insitum *Cleopatra*; VII, 10,7 post *populari* scriptum est *feretrū rusticū.*

Gravioris momenti est hic locus VII, 16,4, quem Orosius ab Eutropio sumpsit, ubi Δ simul cum Orosiano *vivus* hoc Eutropii verbum *mortuus* in textu exhibet; notum enim est, quod exponit Zangemeister pag. XX., codices Orosianos e diversorum historicorum libris a librariis interpolatos esse; alio vero loco pro Orosii dictione Iustinianam 19,3 interpolavit: IV, 6.14 *rex* pro *imperator*, *plangentium* pro *plangentia* ponens.

---

1) cf. pag. 34 sq.

Eutropianum illud verbum et glossas, fortasse Iustiniana quoque, librarium codicis Δ demum perperam in contextum ipsum intulisse puto ex margine archetypi, ubi homo quidam non inlitteratus, neque tamen doctus, ea adnotaverat; nam librarius iste summaria quoque, quae in margine archetypi legit, in textum recepit idque saepe sine iudicio (cf. pag. 10 et 14).

Cum D[1]) G Z ei communis est haec lectio ex Sallustio interpolata 311, 1, *pedites* LSPR] *equites in unum pedites.*

De iis lectionibus, quos librarius suo Marte interpolavisse videtur haec adnotaverim. Ter tantum simplex pro composito verbo scriptum (qualia in D persaepe inveniuntur):

99,3 *obtruncantur*] *truncantur* Δ; **144,11** *subsecuta*] *secuta* ΔP¹; **389,7** *edomitis*] *domitis* Δ.

Rarius quoque quam in ceteris codicibus verbum tamquam inutile omissum; neque tamen rarius quam in D novum aliquod verbum insertum est velut

247,1 *occisus*] *occisus est*; **248,6** *quod*] *quod tunc*; **331,10** *bona*] *bona eorum*; **438,4** *ipse*] *ipse enim*; **493,5** *patre*] *patre suo.*

Quae autem ab excerptore propter excerpendi rationem mutata sunt, exigua sunt numero (cf. pag. 6 sq.) ac tam facile perspiciuntur, ut pretio codicis omnino non obtrectent.

Quod attinet ad lectiones genuinas, sufficiat, quod iam pag. 30 sq. dixi et in extrema huius commentationis parte addam.

Denique notandum est codicem Δ nonnumquam diversarum lectionum medium quiddam tenere velut

[1]) In D ex aliis scriptoribus interpolatos inveni praeter **311,1** hos locos: **186,13** *quadraginta sex milia* (*LVII milia* Δ) ex Livio; **218,20** (sed hoc loco Δ deest) *filiceter* fort. ex Iustini codicibus; **457,10** *Castoris* fort. ex Suetonio, Otho 9,2.

43,1 *lacte . . . . sanguine bibere*; **155,12** *atque*] *utquae*; **168,3** *in angustias*; **239,8** *CCCCL*; **330,21** *adpedenda*; **473,12** *mortuus vicus*[1]).

Itaque, ubi a ceteris aut solus aut cum aliis dissentit, cavendum est, ne vestigium veri pro mero stili errore vel barbarismo habeamus.

Non verendum est ne de Laurentiani aut Donaueschingensis pretio nimium detraxerimus, immo vel inter permulta codicis D menda, quae casu orta esse putavi, et sub specie splendidae integritatis codicis L non paucae coniecturae latent. Verisimilius est me in Δ nimis inique consuluisse, nam certissimas tantum lectiones eius in examinando pretio adhibui.

§ 6.

De auctoritate manus correctricis.

Paulisper denique morandum est in codicis manu correctrici. Cui non eadem atque primae manui auctoritas tribuenda est, nam non pauca suo marte perperam mutavit velut:

70,14 *excitis* Δ^1] *excitatis* $\Delta^2 R^b$; **73,11** *extortae* Δ^1] *exortae* Δ^2; **76,15** *mensenii* Δ^1 *mense nii* (superscr. *mese*) Δ^2; **111,2** *Aebutium et Servilium consules* Δ^1] *Aebutio et Servilio consulibus* Δ^2.

Neque tamen plane neglegenda est, nam non raro, quae prima manus casu omiserat vel mendose scripserat, archetypo usa correxit velut

279,11 *videatur* Δ^2] *videbatur* Δ^1; **280,18** *quem* Δ^2] *qualem* Δ^1; **318,7** *traxerit* Δ^2] *traxerat* Δ^1; **280,2** *interfectore* Δ^2] *interfecto rege* Δ^1.

[1]) cf. p. 37 sq.

Caput VIII.

De textu constituendo.

Iam codicis Δ ope locos quosdam Orosiani operis constituere conabor, ita ut proposita lectione Zangemeisteriana lectiones variantes adiungam, denique meam sententiam exponam.

2,1 *rei familiaris* PR] *familiaris rei* ΔDB.

Prioris familiae lectio ab usu Orosii non abhorrens (cf. 89, 10 *militaris rei*) clausula postulatur (*familiaris rei commoda* ⏑⏑ ⏑ — | — ⏑ — | — ⏑ ⏑̲); alter vocabulorum ordo eo ipso suspectus est, quod P et R saepe peccant in collocatione verborum.

4,14 *dum...ignoratur*] *dum...ignoraretur* Δ.

Coniunctivum imperfecti genuinum esse censeo hoc loco et duobus aliis:

167,4 *congregarentur*[1]); 509,6 *reverteretur*[2]);

nam aetate Orosii scriptores eo non raro pro ind. praes. utebantur, cuiusmodi multa exempla attulit Paucker (de lat. Sulp. Sev. p. 95 seqq.). Ego ex iis locis, qui apud Hieronymum Orosio familiarissimum exstant, hos tres tantum exscripsi: Hier. ep. 5,3 *magistrum pueri tui...dum adhuc Antiochiae essem, saepe Euagrius*

[1]) cf. pag. 45.

[2]) cf. pag. 62.

me praesente corripuit; in Ezech. V ad. 16, 35 sqq. *interfecisti filios tuos, dum eos offerres idolis*; adv. Iovin. I, 30 *dum. . . tegeres.*

Quod Laurentianus quoque 167, 4 (4, 14 et 509, 6 in eo non leguntur) indicativum praesentis exhibet, suspicionem movere non potest, nam is saepius structuram cadentis latinitatis propriam priorum scriptorum usui accommodavit; in talibus codici Δ principatum concedit.

5,4 *et*] om. Δ.

Orosius singula rhetoricae repetitionis membra aut plane non coniungit, aut ultimo tantum has particulas *et*, *que*, *vel*, *ve* addit; cf. ad 127, 15.

42,13 *inbellem*] *et inbellem* Δ.

Orosius in verbis eiusdem generis coniungendis particulae *et* repetitione libenter ita utitur, ut *et* etiam primo cuique membro apponat velut 42, 1; 44, 2; 56, 7; 74, 2; 81, 8/9/10; 97, 11; 103, 10; 123, 15.

43,2 *vincitur* vulgo] *vincit*** P *vincit* ΔDBA *vi*cit* R.

Lectio codicum — P^1 ut saepissime textum interpolatum exhibens in testium numero non habenda est[1]) — optimum sensum praebet: *Ninus Scythicam barbariem 1. torpentem excitare saevitiam, 2. vires suas nosse, 3. et non lacte iam pecudum sed sanguinem hominum bibere. 4. ad postremum vincere dum vincit edocuit* (id est: ab eo victi paullatim bellis gerendis se assuefaciunt, ut ipsi quoque vincere discant). Accedit, quod activa forma clausula comprobatur (*vincit edocuit* — ◡ — | ◡◡ ◡).

1) cf. pag. 18.

61,6 *usque ad id tempus* PR] *usque in id tempus* ΔDBA.

Pag. 207,7 (IV, 1, 6) omnes codd. praebent *in id tempus*. Item pag. 461, 9 (VII, 9, 8) non dubitabimus cum Zangemeistero auctoritatem meliorum codicum sequentes *in id* in textum recipere. Itaque hoc quoque loco hanc lectionem genuinam esse censemus, praesertim cum Orosium praepositionem *in* praepositioni *ad* praeferre videamus velut III, 7, 7; V, 3, 7; V, 4, 21; V, 23, 16; VI, 7, 13; VI, 19, 10; VII, 28, 2; VII, 35, 9; (*ad* I, 1, 14; II, 12, 1; VI, 19, 19; VI, 22, 9)[1]. *Usque ad* formulam tritam interpolare librariis proclive erat.

66,4 *maxima e* alia manus, sed antiqua in R] *maxime* P¹ *ex maxima* P² *maxima* ΔB *maximam* (*partem*) DV.

In archetypo *maxima* (*parte*) exstitisse patet. Sed hanc formam in textum recipere non ausim, quod ceteris duobus locis II, 12, 3; V, 12, 5 praepositionem *ex* omnes libri tuentur.

71,8 *assyriorum persarumque L*] *persarum assyriorumque* (*assir.* D *asyr.* ΔB) ΔDBPRv.

Dubito hoc loco sequi Laurentianum, qui non raro vocabulorum ordinem primarium mutaverit[2]. Simillime res se habet 395, 13 ubi L item nomina (*Petreium Afraniumque*) litterarum ordine disposuit. (Cf. ad 219, 17 et 182, 13 et 188, 14.)

---

[1]) cf. ad 379, 12.

[2]) cf. Zangem. ed. maior pag. VIII.

81, 1—2. *Neminem iam esse hominum arbitror, quem latere possit, quia hominem in hoc mundo Deus fecerit. unde etiam peccante homine mundus arguitur ac....terra haec...castigatur.* LDPR] item ΔB, sed *in hunc mundum.*

Quia hoc loco non conjunctionem interrogativam (= *cur*) esse[1]) colligitur ex *unde* quod referri non potest ad interrogatum, sed ad affirmatum tantum. Igitur *quia hominem...Deus fecerit* positum est pro acc. c. inf.[2]). Qua in enuntiationis parte vocabulum *mundus* gravissimum est, id quod item elucet ex succedente enuntiatione, qua de mundo castigato agitur. Quae cum ita sint, ablativus exilis et paene ineptus est, nam quid opus est monere hominem in hoc mundo vivere. Altera autem lectio exhibet structuram Orosio familiarissimam (*in* c. acc.), qua is pro variis constructionibus — in primis pro dativo — utitur non raro ampliorem quendam sensum habente[3]) velut II, 18, 7 *in insulam desolata*; V, 6, 4 *in arma conspirantium*; V, 24, 1 *cuncta in praedam averterunt*; VII, 15, 5 *ut passim villae, agri atque oppida in ruinas concesserint*; VII, 33, 7 *baptizari in remissionem peccatorum*; VII, 35, 5 *barbaris in praedam dedit* (cf. ad 379, 12). Itaque non verendum est, ne contra Orosii usum peccemus, eo unde profecti sumus loco

---

1) Velut apud Lucifer. Calarit. 218, 17 H. cf. Schmalz (Iw. v. Müller, II, 2), ed. tert. pag. 379.

2) Mayen, De particulis „quod, quia, quoniam, quomodo, ut“ pro acc. c. inf. post verba sent. et declarandi positis. Diss. Kiel 1889.

3) cf. Kühner, Gramm. II, 1, pag. 412 (4, a) „Die klassische Prosa gebraucht gewöhnlich einen Nebensatz mit ut oder acc. c. ger. oder das Sup. auf -um oder das Partic. Fut. Act., selten ein einfaches Substantiv (mit *in*): eine Ausdrucksweise, die erst seit Livius häufiger wird“.

breviloquentiam quandam statuentes: Deus hominem fecit in hunc mundum, ut is mundum regeret (et eo administrando melior fieret).

95,15 *deductumque*] *sedductumque* (*d* pr. er.) Δ.

Orosius persaepe unam rem compluribus vocabulis idem significantibus amplificat velut

5,2 *exceptis videlicet semotisque illis diebus*; **74,5** *flagitiis inpietatibusque*; **82,12** *tutor curatorque*; **102,5** *victus fugatusque*; **413,5** *totam paene Siciliam ferro pertemptatam conterritamque*[1]) *in fidem recepit.*

Itaque *seducere* post *concidere* aptissime dici censeo, praesertim cum simillimo loco VI, 11, 28 item verbum separationem significans (*dividendo*) habeamus evitato verbo deducendi. Accedit, quod *per* aptum a *deducere* abhorret ab usu cum latinitatis in universum, quod id verbum praepositio *in* sequi solet, tum Orosii, cui haec structura *in* c. acc. valde placet[2]). Denique monendum est Laurentianum maxime synonymis inductis peccare eaque nonnumquam in alios codices transiisse, codicem Δ autem in talibus principatum tenere.

98,15 *transitu* LDP] *transitum* ΔBR.

Scriptores sequioris latinitatis nomina, quae nos abstracta vocamus, actionem significantia aut pro verbis agendi aut pro eo ipso, quod aliquid agit, quasi 'personaliter saepe usurpant. Cuius rei exempla satis habeo ex Orosio haec tantum attulisse:

a. III, 12, 16 *exclusum ab ingressu*; III, 23, 45 *transitum fecit*; IV, 6, 21 *timentes transitum eius in Africam futurum*; V, 14, 3 *praepropero transitu pontis vincla ruperunt.*

1) „*contritamque* Grubitzius (cf. p. 46) male" Zangem. ad 413, 6.

2) cf. ad 81, 2 et 379, 12.

b. III, 12, 23 *Philippi ingressum reppulerant*; IV, 20, 34 *Hister crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur.*

Eo unde profecti sumus loco scribis post *quem* proclive erat optimae latinitatis structuram interpolare. Igitur accusativum genuinum censeam praesertim cum Laurentiano in talibus diffidendum sit[1]); sic autem interpungendum est: *quem* (*Cyrum*) *Thamyris regina quae tunc genti praeerat, cum prohibere transitum Araxis fluminis posset, transire permisit.* Quod Iustinus in eadem re I, 8, 2 ablativum scripsit momentum non affert, nam paulo aliter verba facit: *Erat eo tempore regina Scytharum Tamyris, quae non muliebriter adventu hostium territa, cum prohibere eos transitu Oaxis fluminis posset, transire permisit*; accedit, quod Orosius non raro dictionem fontis suae ipsius accommodavit velut IV, 6, 14 *plangentia agmina* (*plangentium* Iustinus).

127,15 *tandem* L] *tandem magnis* ΔDPR.

Hanc lectionem praefero, interpungo autem *tandem magnis apparatibus, magnis provinciarum ac populorum ruinis utrimque certatum,* nam Orosio figura repetitionis rhetorica valde placet. Ex magna exemplorum copia adnoto haec: I, 6, 6; II, 3, 6; II, 3, 7; IV, 6, 13; IV, 12, 7; V, 1, 9; V, 19, 20. Accedit, quod L multo saepius quam Δ verba omisit. (Cf. pag. 38.)

167,4 *congregantur*] *congregarentur* Δ. Cf. ad. 4, 14.

[1]) cf. pag. 34.

173,2 *oppugnatamque* L] *expugnatamque* ΔDPR.

Si magnam similium locorum copiam respicimus, non saepe Orosium in dubio reliquisse videmus utrum oppidum, vel castellum, vel similis res vi an per deditionem capta fuerit; inveni hos tantum: I, 7, 2; II, 4, 7; III, 12, 5; III, 12, 13; III, 13, 4; IV, 6, 9; IV, 13, 15; V, 15, 8; V, 23, 11; VI, 2, 21; VI, 6, 1; VI, 18, 29; VI, 19, 7; VII, 15, 3; VII, 24, 4. Hi enim loci II, 6, 6; IV, 7, 5; VI, 11, 9; VI, 15, 34; VII, 2, 12; VII, 3, 8 excipiendi sunt, quod iis modus capiendi aut ex illo loco ipso colligitur aut inter omnes constat; II, 16, 6 autem *capit* scriptum est, ut figura rhetorica fieret *capit recipitque*. Iis, quos supra attuli, locis Orosium verbo *capere* solo usum esse puto aut, quod auctor, quem expilavit, rem ipse quoque in dubio reliquit, aut brevitatis causa; sic imprimis, ubi naves capiuntur velut VI, 2, 21; VI, 18, 29.

Ceteris locis rem accurate exponit, aut verbo *expugnare* utens, II, 11, 1; IV, 1, 4; IV, 6, 26; IV, 8, 2; V, 24, 1; V, 3, 5; V, 9, 6; VI, 6, 3, aut id vel aliud huic verbo *capere* addens: II, 19, 2; IV, 17, 1; IV, 18, 1; IV, 20, 38 *Sulcamum oppidum... pugnando cepit*; V, 23,22 *urbes eius obsessas oppressasque cepit*; VI, 2, 5; VI, 9, 9 *oppidum...gravi pugna cepit*; VI, 11, 3. Quo in discrimine statuendo eo usque progressus est, ut haec duo verba *capere* et *expugnare* aeque constructa atque particula *et* tantum secreta induceret III, 12, 9 *urbem... expugnavit et cepit*; item: III, 19, 11; III, 15, 10; III, 23, 44; IV, 18, 5; IV, 20, 33; VI, 3, 7; — VI, 2, 23 *captam expugnatamque diripuit*.

Videmus igitur lectionem *oppugnatamque* minus cum Orosii usu consentire quam alteram. Similis autem

locus V, 23, 22 *obsessas oppressasque cepit* magis hanc quam Laurentiani lectionem commendat; sensus enim non servatur nisi substituto *expugnatasque* pro *oppressasque*.

Rem certissimam esse mihi persuasi, cum eam iam exploratam habens viderem Grubitzium[1]) paulo aliter disputantem ad eundem eventum pervenisse.

179,16 *dedidisset* Zgm. in ed. maiore] DΔ^2 Iustin 12, 7; *dedisset* Zgm. in altera ed., PR$^2\Delta^1$ *didisset* L^a *dissct* R^1; 273,8 *dedit* LR (P deest) *dedidit* ΔD; 396,10 *dedisset* LPR] *dedidisset* D (Δ deest).

Orosius semper scribit compositum: dedere aliquem (alicui) IV, 13, 2; V, 4, 21; V, 20, 9; V, 21, 1; VI, 8, 16; VI, 9, 8; VI, 11, 10; VI, 11, 11; VI, 16, 1; VI, 19, 1; VII, 34, 7; VII, 38, 5 excepto hoc uno loco V, 15, 24. Simplex pro composito scribentes — imprimis hoc in verbo — codices sescenties peccant, saepissime D, cuius auctoritas ob eam rem his tribus locis eo maior est. Neque Laurentiano hic summa fides habenda est, nam in talibus saepius peccat quam Δ[2]). Accedit, quod his duobus locis 179, 16; 396, 10 compositum postulatur clausula (*quae cum se dedidisset* — — — | — ◡ — ◡; *cohortibus dedidisset* — ◡ — | — ◡ — ◡).

181,5 *commisso*] LD *commissoque* Δ PR.

Amat Orosius sententias coniungere particulis *et*, *ac*, *que*, etiam eis locis, ubi talibus particulis carere posse nobis videmur atque nimia quaedam abundantia orationis exoritur, velut III, 13, 7 *nam et*; IV, 4, 5 *et*

---

1) Emendationes Orosianae, Numburgi 1835: ad 182, 2.

2) cf. pag. 38.

cum; IV, 8, 13 *et in directum*; V, 1, 1 *et.... tamen*; V, 7, 14; V, 10, 6; VI, 10, 10; VI, 11, 26 *ac deinde*; V, 18, 15; VI, 8, 5; VI, 15, 29; VI, 19, 16; VII, 5, 5, VII, 8, 1; VII, 39, 3 et 4 *cumque*; V, 11, 2; V, 18, 20; V, 18, 27, V, 21, 5 *namque*; VII, 25, 1 *statimque*; VI, 2, 10 *ac mox*.

Restituenda igitur est lectio codicum Δ PR, praesertim cum haec ipsa verba *commissoque proelio* saepius apud Orosium videamus: IV, 14, 6; IV, 20, 37; VI, 11, 12.

Eadem de causa 495, 4 *et*, quod Zgm. contra omnes bonos codices seclusit, in textum recipiendum est.[1]

182, 13 *toto mundo cerneres legationem* L] *cerneres* (-*ris* D) *toto mundo legationem* ΔDPR.

Lectionem Laurentiani[2] respuit clausula (nam *cerneres legationem* nullam efficit) commendat lectionem reliquorum (*mundo legationem* — — — | — ᴗ — ᴗ).

183, 4 *inhumanum*] *humanum* Δ P¹. Etsi primo obtutu mirum videtur, quod cum dura mente cor humanum coniunctum est, accuratius intuenti quomodo hoc dictum sit apparet. *Cor semper humanum* est, quod supra humanam duritiam et vilitatem numquam extollitur. Haec elocutio quantum acuminis habeat elucet, atque si etiam argumentum exterius quod vocamus postulas, ne id quidem deest: *semper inhumanum* clausula est non bona (etsi non prorsus inusitata, cf. ad 558,6), at *semper humanum* clausula est egregia – ᴗ – | – ᴗ.

[1]) cf. ad 309, 7.

[2]) cf. ad 71, 8.

188, 13 *commoti*] L *permoti* ΔDPR v.

Orosius haec verba *commovere* et *permovere* subtiliter distinguit; illud non legimus nisi pro *excitare, concitare, seditionem commovere*: III, 3, 2; V, 17, 6; V, 19, 1; V, 22, 7; V, 24, 10; VI, 12, 7, ubi Gallia ab Orosio loquens inducitur; VII, 38, 4; VII, 38, 5; VII, 39, 13; *effluxere grana viva sive occasione sive veritate commota* (cf. § 9 sqq. *personat late... tuba... invitat... pulsat.. concurrunt... quo magis confundantur... sanctum flumen... animas pia rapacitate pervexit*). *Permovere* — itemque *movere* — remissiorem sensum apud Orosium habet idem significans quod *adducere* vel *animum flectere:* I, 15, 2; I, 21, 4; I, 21, 15; II, 13, 7; II, 14, 9; II, 19, 5; IV, 13, 6; V, 1, 1; V, 18, 23; V, 19, 5; VI, 3, 3; VI, 8, 21; VI, 19, 7; VII, 22, 5; VII, 25, 5; VII, 26, 3; VII, 27, 6; VII, 35, 2; VII, 36, 2; VII, 36, 5. *Movere*: VII, 4, 6; VII, 28, 20; VII, 39, 6.

Hoc loco validam commovendi verbi vim ferri non posse colligitur ex his similibus exemplis: I, 15, 2 *horum uxores exilio ac viduitate permotae arma sumunt...*; I, 21, 15 *Athenienses tanta bellorum tempestate permoti duo duces deligunt*; II, 19, 5 *Galli Senones.... legatos Romanorum .... in acie adversum se videre pugnantes: qua indignatione permoti.... totis viribus Romam contendunt*; IV, 13, 6; VI, 8, 21; VII, 22, 5; VII, 26, 3; VII, 27, 6.

188, 14 *pontium ducem* L] *ducem pontium* ΔDPRv.

Proprium nomen appellativo postpositum non abhorret ab Orosii usu, quod cognoscitur ex his exemplis: IV, 6, 7; 18, 5; 18, 7; 18, 15; VI, 13, 5; VII, 32, 4; VII, 34, 6.[1])

---

[1]) cf. ad 71, 8.

205, 18 *ego* GK[1]] *ergo* LΔDPR.

Apud Grubitzium (pag. 10) iam observatum videmus „Orosio eiusmodi verborum structuras valde placere, ut post interiectas longiores sententias interruptum verborum nexum repetita ab initio una aut altera voce cum particulis *ergo, igitur, itaque, ut dixi* resumat". Exemplis ab eo allatis haec adiunxerim: V, 22, 9; VII, 2, 13; VII, 2, 14. Similem structuram hic habemus: enuntiatio incipiens a verbis *quemadmodum si quis* (§ 7) resumitur his verbis *hunc ergo puerilibus licentiis nausiantem . . .*

219, 17 *publica privataque* L] *privata publicaque* ΔDR (P deest).

Eum ordinem, quem ΔDR praebent, ab usu Orosii non abhorrere patet ex VII, 12, 4: *privatis publicisque rebus.* Alteram lectionem alibi non inveni.

226, 16 *audiit* L] *audivit* ΔDR.

Lectio Laurentiani refutatur clausula (*consul audivit* — ⏑ — | ⏑).

240, 16 *quacumque* LD] *quacumque arte* R (P deest) *quacumque ante* (sic!) Δ

Ablativum vocabuli *ars* apud Orosium non raro invenimus: III, 16, 4; IV, 15, 5; IV, 19, 3; (V, 7, 13); VI, 10, 16; VII, 5, 11; VII, 30, 2; VII, 30, 5 et simillime ac 240, 16: VI, 10, 11 *Labienus quibus potest artibus simulat timorem.* Formam *quacumque* bis tantum solam legimus: III, 1, 10 et VI, 13, 2, sed utroque loco — ut saepissime apud ceteros scriptores — pro *ubicumque* usurpatum, reliquis duobus locis cum substantivo coniunctam: III, 22, 5 *quacumque ratione*; V, 17, 4 *quacumque vi.*

Quae cum ita sint, genuinum esse censebimus hoc *arte*, praesertim quod Laurentianus verbis omissis persaepe peccat[1]).

245, 13 *elephanti* L] *elephanti autem* ΔDR (P deest).

Laurentianus in talibus principatum non obtinet[1]). Deinde conferas velim hunc locum III, 16, 9, ubi similiter una res duabus aliis eiusdem generis opponitur: *ibi tum peditum LXXX milia, equitum X milia caesa, capta autem XL milia fuere.*

253, 17 *Hasdrubalis* LRD] *hasdrubali* Δ; *hasdrubale* corr. Fabr.

Codex Δ vestigium veri servavit; cf. pag. 38 sq.

255, 17 *Hispaniis* R²] *hispanis* LΔDR¹ (P deest).

Communis librorum lectio (R² pro teste haberi non potest) non respuenda est; cf. VI, 10, 1 *a Britannis reversus*; III, 23, 12 *in Indis.*

256, 15 *est victus* P] *victus est* LΔDR^b *vinctus est* R^a. Lectio Palatini eo ipso suspecta est, quod codices secundae familiae ordinem vocabulorum saepe inverterunt. Momentum habet hoc quoque loco clausula, qua altera lectio commendatur: *Hasdrubal victus est* – ᴗ – | – ᴗ .

265, 15 *se* LD] *sese* R, (statim corr. ex *esse*) Δ.

Amplior forma postulatur clausula (*veneno sese necavit* – – – | – ᴗ – ᴗ).

273, 8 *dedit* LR] *dedidit* ΔD; cf. ad 179, 16.

278, 19 *nostra . . . viderim* R] *nostra . . . viderimus* Δ *nos . . . viderim* LD (*vidirem* D¹ *vidirem'* D²).

---

1) cf. pag. 38.

Ut integrum iudicem se praebeat, Orosius complures testes quasi loquentes inducit: Carthaginem, Hispaniam, Italiam, denique aequales suos, quibuscum suae aetatis res examinat, utrum feliciores sint an non: *nos nos inquam ipsos vitaeque nostrae electionem... consulamus... nos... dependimus... nos consistimus et manemus... ducimus... nos possidemus... inquietudo nobis ignota... nos nascimur... nobis est libera conlatio...... aut si ab aliquo dicitur... audiat et intellegat.* Postulatur igitur hoc loco pluralis numerus, praesertim quod cum *ducimus* artissime cohaeret.

280, 16 *nominis*] *mei nominis* Δ.

Lectionem codicis Δ in textum recipiendam puto rhetoricae repetitionis causa, quae hoc loco valde cum Orosii usu convenit; cf. V, 1, 14 *suis regibus suis legibus suisque moribus* et ad 127, 15.

286, 9 *ludebatur*] *eludebatur* Δ.

Compositum commendatur et auctoritate codicis Δ, qui in talibus principatum obtinet (cf. pag. 38), et usu Orosii, qui huius verbi compositis tantum utitur (III, 1, 6; IV, 6, 17; VI, 15, 10; VI, 15, 29; VII, 35, 6; VII, 40, 4).

289, 20 *auxilio* LDAG] *in auxilium* ΔR (P deest).

Si hunc locum IV, 20, 11 excipimus, Orosium duplici dativo hoc in verbo usum esse non videmus nisi apto ab *esse* et id bis tantum: VI, 8, 13 *Bruto auxilio fuit*; VI, 11, 12 *auxilio Romanis erat.* Pro hac constructione scripsit discedens ab usu bonae latinitatis: IV, 20, 22 *habens in auxilio Eumenem*; IV, 20, 36 *in*

auxilio Romanorum...fuerunt. Ceteris locis, nisi plane sermonem variat (II, 10, 1; III, 2, 2 *iuncto sibi auxilio Thebanorum*; IV, 5, 1 *dato...auxilio Tarentinis*; IV, 7, 1; III. 1, 16; III, 12, 13; II, 8, 7 *Ionas auxilio iuvissent*; II, 6, 12 *cum ad auxiliandum Babyloniis venisset*; II, 14, 5 *quibus ad auxiliandum convenerant*), legimus hoc tantum: ‚in auxilium alicuius aut alicui mittere, venire' etc.): III, 23, 25 *in auxilium rogat*; III, 1, 21 *eumque Boeotiis in auxilium adiungunt*; II, 14, 4 *in auxilium vocavit*; VI, 11, 9 *quos (sibi) in auxilium acciverant*; I, 21, 9 *multas in auxilium copias utrimque duxerunt*; II, 10, 1 *in auxilium Xerxis... deducere*; III, 23, 42 *sociis in auxilium misit*; II, 17, 9 *in auxilium urbis misit*; VI, 10, 13 *mitti i. a.*; II, 10, 3 *i. a. venerat*; IV, 20, 5 *i. a. ei venerant*; VI, 8, 22 *i. a. venerant* (cf. I, 21, 5 *in supplementum militiae venerant*; VI, 2, 6 *Archelao in subsidium misit*). Restat igitur unus ille locus (261, 20 *cui alter consul auxilio accessit*), quo tamen suspicio non plane exlusa est, quod Δ et P haec verba non tradunt.

Itaque eo unde profecti sumus loco, cum videamus Orosium duplicem dativum etiam ab *esse* pendentem in universum vitavisse, lectionem horum codicum Δ R praeferamus necesse est, praesertim quod LDAG eiusdem familiae sunt, Laurentianus autem saepius optimorum scriptorum usum pro Orosii interpolavit.

292, 14 *expugnandam L*] *oppugnandam* ΔDR (P deest).

Duobus tantum locis gerundivum verbi *expugnare* a praepositione *ad* aptum invenimus: IV, 8, 10 *ad expugnandam bestiam*, VI, 18, 3 *consules ad liberandum Brutum expugnandumque Antonium missi*; sed his locis

supersedere possumus, quod utroque de singulis animantibus agitur, de quibus *oppugnare* adhiberi non poterat. Cum de castello vel synonymo agitur, Orosius gerundivo verbi *oppugnare* tantum utitur: VI, 11, 22 *sed ad id oppugnandum Caesare opus fuit*; VI, 15, 6 *ad quam oppugnandam... Trebonium relinquens...* Cui rei non obtrectat hic unus locus VII, 9, 4, quo haec duo verba inter se opponuntur (*obsidione premens ... inrupit, sed ad expugnandam...*).

Cum praeterea Laurentianum iam verba *expugnare* et *oppugnare* confundentem deprehenderimus (cf. ad 173, 2) constantem ceterorum lectionem genuinam esse censeamus necesse est.

309, 7 *adque* Zangemeister coniecit; *cuique* codices (Δ deest). Sequioris latinitatis scriptores saepissime pronomen relativum pro demonstrativo usurpant[1]). Hanc autem constructionem *exigere alicui aliquid* non abhorrere a cadenti latinitate docent cum ea exempla, quae Forcellini attulit s. v. *exigo*, tum hi Ioh. Cassiani loci: Conl. XVII, 13 t *quae causa nobis exegerit sacramentum*; Conl. XXI, 28, 2 *quantum et nobis a rege omnium saeculorum legitimum Quadragensimae vectigal exigitur* (cf. quod de simili abundantia dixi ad 181, 5; 317, 8; 495, 4; 518, 10).

317, 8 *indisposite* LP^b R] *indispositę* P^a *indispositam et* Δ D. Haud scio, an hic quoque[2]) abundantiam illam

[1]) Schmalz (Handbuch II, 2), § 72 Anm.: „Geradezu tadelnswert ist der bei vulgärschreibenden Autoren sich findende maßlose Gebrauch des Relativs zur Einleitung der Sätze.“

[2]) cf. ad 181, 5.

habeamus, praesertim cum *indisposite* offendere videatur in usu Orosii, qui saepe adiectivum adverbio praetulit, cf. V, 5, 7 *ut praepropera pugna iniretur.* — ę codicis P fortasse ortum est ex *-ā et.*

323, 2 *oberrarunt*] *oberrabant* Δ. Imperfectum hoc loco aptissime dicitur et cum Orosii usu consentit cf. V, 24, 8; VII, 5, 5; VII, 35, 17.

335, 15 *ductumque*] *vinctumque* Δ D. Orosii usum cognoscimus ex his similibus locis: II, 6, 12 *cepit captumque*; VI, 7, 5 *bis vicit victosque ad deditionem coegit.*

351,2 *latissima*] *largissima* Δ. Orosius vocabulo *largus* — praesertim in superlativo — libenter usus est (V, 4, § 8; V, 7, § 13; V, 18, § 21, VI, 11, § 21; VI, 18, § 34; VI, 20, § 6; VI, 20, § 7; VII, 6, § 12; VII, 15, § 9) etiam iis locis, quibus ad sensum quadrare non videtur velut VII, 35 § 3, ubi *largissimis militum copiis* pro *maximis* usurpatur vel V, 2 § 3 *latitudo orientis, septentrionis copiositas, meridiana diffusio, magnarum insularum largissimae tutissimaeque sedes* ubi *latissimae* (= weit ausgedehnt) exspectamus. Igitur hoc quoque loco lectionem codicis Δ genuinam esse censeo, praesertim cum captui interpolatoris minus commoda fuerit quam altera et Laurentianus in talibus saepe peccet, Δ autem minime omnium codicum.

370, 18 *statim* L solus] om. Δ DPR. Haud scio an lectio Laurentiani genuina sit, quod is nova verba fere non interpolavit[1]), sed apud Caesarem b. G. I 53 neque *statim* neque simile verbum legitur.

[1]) cf. pag. 38.

372, 12 *CCLXXII*] *CCLXXVII* Δ Orosium ipsum summam perperam subduxisse Zangmeister coniecit (debebat esse 282 000). Aequo iure hoc vitium archetypo tribui potest. Cum vero lectio codicis Δ sine dubio e CCLXXXII corrupta et propter hanc corruptelam minus suspecta sit, numerum CCLXXXII genuinum esse censeo.

379, 12 *ad* L] *in* Δ DPR. Orosius ut scriptor cadentis latinitatis praepositione *in* c. acc. saepissime utitur et pro *ad* c. acc. vel pro solo accusativo (velut *usque in id tempus, in hodiernum diem*[1]); V, 4, 20 *in id perductus est, ut....*; saepe *in tantum, in quantum*[2]) et pro dativo aut alia ampliore constructione[3]) velut *in auxilium venire, in supplementum venire, in subsidium mittere*[4]); porro III, 1, 6 *Hircyliden ducem in hanc militiam legunt*; II, 17, 7 *in exemplum timoremque trucidant*; V, 15, 18 *in pretium pacis Iugurtham... misit ad Marium*; V, 16, 8 *filium suum ... duobus cum servis parricidii ministris interfecit ipsosque continuo servos in pretium sceleris manumisit*; VII, 35, 15 *in pretium praesidii caelestis*; V, 18, 13 *arma et corpora.... fluvius.... in testimonium cladis evexit...*; V, 1, 13 *in usum luxuriae*; V, 18, 27 *in possessionem tradita*; VI, 5, 3 *in scelera exarsit*; VII, 9, 2 *in rebellionem exarsere*; VII, 13, 5 *civitatem in optimum statum reparavit*; VII, 16, 1 *patri successit in regnum*; VII, 8, 1 *Pisonem sibi.... in filium atque in regnum adoptavit*[5]); VII, 22, 10 *in pristinam pacem reformavit*;

[1]) cf. ad 61, 6 pag. 42.

[2]) Kühner, Gramm. II, 1..p. 414.

[3]) cf. ad 81, 2 pag. 43.

[4]) cf. ad 289, 20.

[5]) cf. Schmalz, Syntax, pag. 275 sq.

VII, 29, 2 *summam in meliora vertentibus*[5]); VII, 29, 15 *in integrum restituit*; VII, 32, 12 *in magnam coaluisse gentem.*

Horum generum multa exempla coacervare possum; satis habui ea tantum omnia exscribere, quae ad hunc locum illustrandum in primis pertinere videntur: IV, 1, 3 *in arma cogere*; V, 6, 4 *in arma conspirantium*; V, 18, 2 et V, 23, 2 *in arma excitavit*; VI, 7, 3 *in arma accenderat*; VII, 38, 3 *in arma sollicitans*; VI, 8, 7 et VI, 11, 1: *in arma coniurant*; VII, 40, 7 *in militiam allecti*; V, 7, 16 *in mortem omnes destinati*; V, 10, 4 *in fugam vertit*; V, 12, 4 *populum in acerbissimas seditiones excitare*; IV, 15, 4 *in bellum excitavit*; IV, 20, 13 *in bellum inpulit*; III, 7, 6 *in transmigrationem egit.* Quibus ex vestigiis colligitur lectionem Laurentiani respuendam esse; *ad* irrepsit e verbis *ad Ciceronem legatum.*

380, 5 *intra* Δ T^2G^2] *intro* LPRD.

In secunda editione Zgm. *intro* pro praepositione, usurpatum in textum recepit. Sed *intra* fulcitur et his locis III, 16, 7; IV, 4, 5; IV, 22, 7 et auctoritate codicis Δ.

396, 10 *dedisset*] cf. ad 179, 16.

413, 4 *amendatus* D^bN] *ammendatus* LD^a *emendatus* ΔPR Freculfus. Quoniam post *amendatus* exspectaverim ex Orosii usu *in excilium* (cf. ad 379, 12), *emendatus* praefero atque idem significare puto quod *punitus* (cf. Georges s. v. *emendo*).

---

1) cf. Schmalz, Syntax, pag. 275 sq.

429, 8 *Iesus Christus* D (L)] *Christus Iesus* ΔPR. Lectio codicum Δ PR, quia minus vulgata est neque tamen ab Orosii usu plane abhorret (cf. IV, 17, 11, ubi L ad interpolationem progressus est), genuina censenda est.

429, 19 *suffecero* D] *sufficero* L *sufficerim* Δ $P^b R^1$ *suffecerim* P^a, R m. 2 aut 3. Apud Orosium *si tamen* praeter hunc locum 429, 19 (VI, 22, 10) ter legimus et cum indicativo et cum coniunctivo coniunctum: III, 14, 8 indicativus postulatur, nam *si tamen* sententiam antecedentem omnino negans idem significat quod *si vero*[1]); I, prol. 2 indicativus exstat, quod *si tamen* sententiam antecedentem argumentis confirmat: „ich bescheide mich mit dem Zeugnisse des bloßen Gehorsams, (wofern nur =) weil ich ihn mit gutem Willen und Wagemut gekrönt habe“[2]).

De tertio loco II, 17, 17 disputavit idem Schmalz, Glotta I, p. 337 sq. probabiliter exponens *si tamen* eo loco usurpatum esse pro coniunctione optativa *Athenienses . . . reliquerunt . . . posteris suis de ruina sui exemplum, de reparatione consilium: si tamen . . . in prosperis servaretur* (simillime dicit Or. II, 17, 15 *sapientissima*

[1]) cf. Kühner, Gramm. II, 2, p. 947 sq. et Schmalz, *si tamen*, Glotta I, p. 335 „Firm. Mat. err. prof. 4: *nam hunc (aërem) nomine Iunonis vel Veneris virginis — si tamen Veneri placuit aliquando virginitas — consecrarunt;* hier vermittelt uns *si tamen* den überlegenen Hohn des sittenstrengen Christen . . . = als ob . . .“

[2]) Idem, Glotta I, 337 „So ist denn bei Ovid Met. IV, 536 *aliqua et mihi gratia ponto est, si tamen in medio quondam concreta profundo spuma fui* im Satze mit *si tamen* der Grund enthalten, weshalb Venus für sich Einfluß auf dem Gebiete des Meeres beansprucht.“

Atheniensium provisio: si quo pacto[1]) *res humanae ita ut ordinantur valerent).* Eo unde profecti sumus loco sensus optativus aptissime exprimitur. Itaque lectionem codicum PRΔ in textum recipiendam esse puto.

Sed etiam si neges optativam vim, coniunctivus praeferendus est, nam Orosium eo saepissime, ut modeste diceret, usum esse videmus velut II, 19, 14; IV, 2, 10; V, 3, 4; V, 5, 4; V, 1, 1; V, 17, 3; V, 24, 21; VII, 33, 4. Conferatur hic quoque Ciceronis similis locus Or. 3, 12 *fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis sed ex Academiae spatiis exstitisse.* Nec obstat usus temporum (*si suffecerim ... comprehendam*) quoniam ab optimorum scriptorum usu non raro Or. recedit, cf. III, praef. 2 *si ... succingo, obscura faciam et ... erunt dicta ...*; IV, 6, 37 *quos misericorditer, si patiantur, arguimus*; IV, 12, 12 *lepra dinoscitur, si appareat, si diffundat, perit*; V, 1, 1 *si diligenter appendant, ... invenient ...*

Quod Or. I, 1, 14 et I, 2, 10 scripsit *in quantum suffecero*, non magni aestimo, nam post *in quantum* semper indicativum adhibuit velut III, 11, 2; VII, 6, 11.

431, 2 *ullo* PR] *illo* ΔD.

Si haec verba *absque ullo arcano* sola legerentur, suspicio exclusa esset ut VII, 26 § 7 *quod absque ulla hactenus mortalium notitia est.* Sed quia ex verbis *ullo arcano* enuntiatio relativa pendet (*quod paucorum fidelium est*) dubium esse potest, an *ullo* genninum sit, nam Orosius, quotienscumque enuntiationem relativam addit ei vocabulo, quod ex *absque* pendet, pronomen *ille* vel

[1]) *si tamen* non raro = *si quo pacto* apud scriptores cadentis latinitatis.

aliud demonstrationem scribit: II, 16 § 4, (III, 8, 4;) V, 9, 5; (V, 24, 13;) VI, 11, 8; VII, 35, 19. Accedit etiam, quod in verbo *ullo* hoc loco vituperatio quaedam est, quae Orosio ut Christiano non convenire videtur.

437, 11 *non* G m. ut vid. 2; s. s. $m_1 X_4$] om. Δ DG^1PR. Negatio in archetypo non legebatur, nam G^2 et X_4 in testium numero non habendae sunt. Sed coniectura hoc loco non opus est, cum lectio codicum sensum non turbet, immo validiorem reddat: Annus, quo Christus natus est, quam novis quamque inusitatis bonis abundaverit, obtrectatores christianae religionis, quibus Or. his VII libris rescripsit, satis compererunt cum in ludo litterario, tum per Orosium ipsum, adversarium suum, qui iam III, 8, 5—8 (cf. III, 8, 8 *quod plenius, cum ad id ipso perficiente Domino ventum fuerit, proferetur*) et VI, 22 copiose de hac re disputavit. Vocabulum *etiam* ut per irrisionem dictum minime abhorret ab his verbis.

445, 6 *Minocynobellinum* D H $M^1 T X_1 X_2 X_3$ E (in ras. ant. T)] *minocynobalinum* (*a* in *e* corr. m. 1) P *minocyno. belinum* (*minocyno* in *in oceano* corr. m. 2.) R *minocynobellinum* Δ *minocenobellinum* O. *Adminio Cynobellini Britannorum regis filio* legitur ap. Suetonium, Cal. 44. — *Minocynobellinum* praeferendum est, quia l geminatum praeter v et O praebent Suetonii codd. (excepto Laur. 68, 7 tantum)[1] et Δ, cui in nominibus propriis summa fides habenda est[2]), et quod littera *l* facile omitti potuit.

---

[1]) cf. Ihm, ed. mai. pag. 189, 9.

[2]) cf. pag. 36.

470, 10 *apoplexian* PR (in marg. unum vocab. er. in P)] *aboplexiam* D *apoplexin* Eutr. (itemque *apoplexi* Hier. 2185ᵘ *apoplexia* Δ. Nescio, an codex Δ vestigium veri servaverit. Nam si forma *apoplexin* maiusculis scribebatur, facile *a* pro *n* legi potuit. Quae res eo verisimilior est, quod et Eutr. et Hier., quos Or. sequitur, eisdem locis *apoplexis* praebent et Orosius ipse altero loco VII, 32 14 hanc formam usurpat, Δ autem nonnumquam inter diversas lectiones medium locum tenet; cf. pag. 38 sq.

473, 7 *bybliothecam* H] *biblyothecam* PR *bibliothecam* Δ D. Quae scribendi ratio genuina esse videtur, quod codici Δ in rebus orthogr. summa auctoritas debetur, *y* pro *i* autem in codicibus saepissime perperam scribebatur, deinde quod altero Orosii loco VI, 15, 32 omnes libri *bibliotheca* praebent.

493, 16 *inexpugnabilis*] *inexpugnabili* Δ (L deest). Si ablativum legimus, ambae enuntiationis partes melius conectuntur; itaque ablativus genuinus esse videtur. Nescio an nominativus ortus sit inscitia librariorum formam *fulsit* ductam esse a verbo *fulgere* putantium.

495, 4 cf. ad 181, 5.

503, 2 *ipsum Licinium* ΔPR] *ipsum* D; „recte fortasse" Zangemeister, quod idem nomen paulo ante exstat. Sed Orosium tales iterationes non vitavisse patet ex his locis: I, 1, 11; VI, 15, 21; VII, 6, 11; IV, 23, 4 *rex Hasdrubal... uxor Hasdrubalis...*; (Δ interpolavit *uxor ipsius regis*); VII, 34, 5 (*Dei... Dei*).

509, 6 *revertitur*] *reverteretur* Δ cf. ad 4, 14.

517, 4 *instimulante* PRGWX$_2$] *stimulante* ΔDV HON$_1$P. Verbum simplex praeferam, quod *in* ante *st* et *sp* non raro perperam a librariis addebatur (cf. VI, 8, 12 *circumspicienti*] *circuminspicienti* Δ); de causa vide Lindsay Lat. Spr. 120, 59. Δ autem a contraria corruptela fere abstinuit atque ter tantum simplex pro composito posuit.[1])

518, 10 *miscentes*] *miscentesque* ΔP^{a}DKMN, et ante ras. fort. G. Orosium particula *que* abundanter usum esse, iam ostendi pag. 47 sq. Neque minus propriae eius sunt tales abundantiae: II, 8, 9, *Athenienses . . . campis Marathoniis proruperunt. Miltiades ei tunc bello praefuit*; III, praef. 2 *in illo tunc tempore*; II, 12, 4, *quamvis iam etiam superiore quarto anno oborta lues eundem populum depopulata sit*; VI, 16, 1 *cum toto exercitu suo et ipse deletus est*; VII, 9, 10 *tunc deinde*; VII, 28, 28 et VII, 39, 1 *tum deinde*. Itaque haec abundantia — *que simul* — („sie ergossen sich über Thracien, indem sie auch zugleich alles mit Mord, Brand und Raub anfüllten") facile fertur et genuina censenda est.

521, 11 *Theodosium — purpura induit* DGVN$_1$X$_2$ (H 0)] *Theodosium — purpuram induit* ΔPRKMTW𝔓.

544, 6 *purpura indueret* DGVN$_1$X$_2$(N 0$_1$)] *purpuram* (*purporum* Δ) *indueret* Δ PRKMHTW𝔓.

Meliorum codicum utriusque familiae D solus usitatam lectionem exhibet (G neglegendus est ut ab homine docto audacter interpolatus). Non dubitamus lectionem optimorum codicum in textum recipere, quod

[1]) cf. pag. 38.

verbum *induere* aetate Orosii saepe cum duplici accusativo constructum videmus: Aug. serm. 22. n 2 ed. Mai: *Induit se carnem de massa propaginis nostrae*, id. ibid. 32, n. 4 *Spiritus tunc bonus deducet nos in viam rectam... affectum pietatis nos induens.* Complura huius rei exempla attulit Paucker, de lat. Sulp. Sev. p. 87.

525, 4 *annis* DVW] *annos* ΔPRGNN_1X_2.

Orosius ablativo *annis* in libro septimo persaepe utitur (4, 1; 5, 1; 6, 1; 7, 1; 13, 1; 15, 1; 16, 1; 18, 1; 18, 4; 19, 3; 20, 1; 21, 1; 22, 1; 23, 3; 24, 2; 26, 1; 28, 1; 32, 1; 35, 1; 36, 1). Sed omnibus his quos erui locis eadem fere verba facit — quae formulae instar sunt — referens, per quod tempus imperatores regnum tenuerint; nonnumquam tamen *per* c. acc. adhibet velut VII, 10, 1; VII, 12, 1.

Ubi aliam rem refert, saepissime *per* c. acc. adhibet, hic illic ablativum quoque, neque tamen saepius quam accucativum solum. In libro sexto, quem accuratius ad hanc rem cognoscendam perscrutatus sum, inveni novies *per* c. acc., semel ablativum, semel accusativum solum.

Hoc loco recipiamus necesse est lectionem codicum Δ P R *annos*, quod repetitio ablativi iam paulo ante adhibiti vix fertur[1]) praesertim, quod hic formulam illam non habemus; codicis D autem integritas eo ipso suspecta est, quod 327, 18 quoque (*annos* L] Δ deest, *annis* D P R) D interpolatus est.

535, 6 *significare* Zgm.; *significari* Δ et omnes ceteri codices. — Temere hoc loco egit Zgm., qui ipse statuerat

[1]) Similiter IV, 20, 21 *fertur... referentur*; cf. ad 558, 6.

„ab lectione tradita non licere discedere nisi cogente summa necessitate“ (ed. II., pag. V). Bonum enim sensum habemus sic interpungentes: *quod ille prudenti coniectura intellexit: merito adnuntiantis fidem victoriae, verbo locum, numero diem significari*“. Quae brevitas loquendi Orosio non minus fere familiaris est quam abundantia illa, velut IV, 21, 9; V, 1, 5/6 (*cui...fuerit edat Hispania sententiam suam*); V, 1, 10 *maiores nostri... tributa obtulerunt: tributum pretium pacis est. Nos tributa dependimus*); VII, 2, 16; II, 10, 9; VI, 15, 33; VII, 26, 10. Zangemeisteri coniectura ipso vocabulorum ordine non probabilis est: quod... intellexit...significare.

Accedit, quod verba *coniectura intellexit* bonam clausulam praebent.

544, 6 *purpura*] *purporum* Δ cf. ad 521, 11.

552, 10 *ipsos paenitet* DV] *ipsi paenitent* ΔPRG$N_1$$X_2$W. Constructio personalis, quam excepto D omnes boni codices praebent, aetate Orosii non minus usitata erat, quam impersonalis. In re hodie notissima (cf. Neue Formenlehre III, 651 sqq.) satis habeo Orosii unum illud exemplum, quod Zangemeisterum fugisse videtur, attulisse: VII, 37, 17 *si forte confusa paeniteat.*

558, 3 *tria milia*] *IIII mil* Δ. Cod. Δ genuinum servavisse videtur, nam II, 9, 2 Xerxes IIII milia ducentas naves habuisse dicitur.

558, 6 *ferunt* PR] *referunt* Δ (D deest).

Verbo *referre* utitur Or., cum res probatur testibus veris, simplici autem verbo, cum agitur de fama vel incerta narratione. Qua in re demonstranda adnoto

primum omnes locos, quibus hanc formam *ferunt* solam legimus — non cum nomine aliquo coniunctam —: I, 4, 3; I, 9, 2; IV, 1, 7; IV, 8, 15; V, 15, 8; V, 21, 1; VI, 1, 19; VI, 5, 7; VI, 8, 23; VI, 9, 6; VI, 14, 5; VI, 15, 14; VI, 17, 2; VII, 9, 14; VII, 32, 11; VII, 37, 14; VII, 39, 7; VII, 43, 15. Quos locos secernendos putavi ideo, quod *ferunt* solum exstans apud ceteros quoque scriptores idem significat quod *fama fert* vel *fabulae ferunt*. Examinemus nunc eos locos singillatim. His sex I, 4, 3; I, 9, 2; IV, 1, 7; V, 15, 8; VI, 1, 19, VI, 15, 14 non affertur nisi fabula vel vana deorum fides; his locis IV, 8, 15; VI, 5, 7; VI, 8, 23; VI, 9, 6; VI, 14, 5; VII, 9, 14 res per se ipsa vix credibilis legitur, reliquis locis I, 2, 29, V, 21, 1[1]); VI, 17, 2; VII, 32, 11; 37, 4; 39, 7; 43, 15 historia non satis certa est. Qui quattuor septimi libri loci fortasse suspicionem movebunt, nam Or. talibus locis passivam compositi formam adhibet; sed hic quoque *ferunt* eandem, quam antea, vim habet, nam Or. in extrema operis parte historias non ex aliis scriptoribus sumpsit, sed auditione vel fama accepit. Quae res comprobatur eo, quod in extremis paragraphis duobus tantum locis, ubi certissimas res affert (VII, 43, 4 *ego ipse virum .... etiam religiosum prudentemque et gravem referentem audivi ... se familiarissimum Athaulfo fuisse ... ac de eo didicisse, quod ille referre solitus esset ...*; VII, 37, 13 *qui parcissime referunt*), composito utitur; quamquam saepissime *ferre* vel eius synonyma inveniuntur: VII, 35, 19 *fertur*, 36, 2 *ut quidam ferunt*, § 3 *ut alia tradit opinio*; 36, 6 *ut aiunt*; 36, 12 *conscientia eorum, qui interfuere*; 37, 4 *ferunt*; 37, 16 *fertur*; 38, 1

[1]) Hic Or. numerum temere mutavisse videtur, nam ep. Liv. LXXXVIII haec praebet: *VIII dediticiorum in villa publica trucidavit ...*

sicut a plerisque traditur; 39, 7 *ut ferunt*; 43, 8 *ut fertur*; 43, 15 *ferunt*. — Luculentissimum autem exemplum habemus VII, 32, 11; cum ibi Hieronymi verbis vocem *armatorum* perperam addat, composito caute evitato scribit *ut ferunt*.

Examinemus nunc ceteros Orosii locos. His: I, 2, 29; V, 10, 10; V, 19, 2; VII, 12, 8; VII, 36, 2 rem narratam dubiam esse colligitur ex subiectis additis: *quidam, aliqui, alii, fabulae*. Sex locis IV, 1, 15; IV, 17, 7; VI, 5, 5; VI, 15, 11; VII, 5, 2; VII, 16, 4 rem pro fama habendam esse manifestum est. His tribus locis: VII, 35, 19; VII, 37, 16; VII, 43, 8 — secundum ea quae modo de fine operis dixi — historia ab auctoribus non satis certis allata est. Hoc autem loco VI, 2, 19 nimius numerus proditur. Restat IV, 20, 21, ubi simplex verbum legimus, quamquam historia veris testibus probatur; sed illic orationis variandae causa simplex exstat, quia in eadem enuntiatione etiam compositum habemus. Qua re explicita lectio codicis Δ eo unde profecti sumus loco postulatur: *ferunt fabulae* (VI, 7, 7), *historiae referunt* (cf. IV, praef. 2 *haec sententia refert*).


Cui lectioni non repugnat clausula (*...regum fuisse historiae referunt*), immo favere videtur[1]). Neve eo

[1]) Verbo *referre* Orosium sescenties usum esse videmus, ubi eo facile caremus, saepissime quidem in fine sententiarum sive colorum has formas *referuntur, referatur, referantur* adhibentem; apparet eum ita verba fecisse ideo, ut clausula fieret, nam formae illae, si vocabulum antecedens in trochaeum desinit, optimam clausulam praebent velut III, 21, 5 ‚qui occisus est, exstincta referuntur'; IV, 4, 4 ‚absumpsisse referatur'; VII, 6, 14 ‚suffocata referantur'; similiter: III, 2, 10; III, 10, 3; IV, 1, 13; IV, 15, 5; IV, 15, 6; IV, 3, 6; III, 17, 8; III, 22, 4; IV, 7, 10; IV, 10, 3; IV, 20, 21/25; V, 13, 2; V, 12, 9; V, 15, 18; V, 5, 12; V, 6, 4; V, 9, 7; V, 24, 7; V, 16, 4/20; V, 20, 8; VI, 2, 20; 3, 6; 7, 15; 8, 5; 10, 9; 11, 4; 16, 1; 19, 12; VII, 2, 13; 7, 2.

offendaris, quod non pura clausula – ⏑ – ⏖ ⏑, sed haec potius – ⏑ ⏑ – ⏖ – evadit. Nam haec quoque forma (– ⏑ –) – ⏑ ⏑ – | – ⏑ Orosio familiaris est (cf. VI, 13, 2 *civitatibus auxilia indixit*; VI, 15, 33 *militibus venit*; VI, 21, 18 *limitibus abstinere metu conpulit*).

558, 10 *aliquantum*] *aliquantulum* Δ N_1. Utriusque vocabuli usus — quantum quidem Thesaurus ling. lat. docet — fuit hic. Primo non adhibebatur nisi neutrum (-*um*) pro substantivo (vel adverbio) usurpatum, postea demum masculinum et femininum atque vocabuli *aliquantum* quidem inde a Sall. et Bell. Afr., deminutivi autem non ante christianos. Pluralis vero utriusque vocis recentissima forma est: *aliquanti*, *ae*, *a* non legitur ante christianos, *aliquantuli*, *ae*, *a* non ante Alcimum Ecdicium Avitum, episcopum Viennensem, qui anno 518 mortuus est. Videmus autem vocabulum *aliquantum* paulatim evanescere. Vetustissimus vero ille usus eius — id est singularis neutrius generis pro substantivo usurpatus ita, ut ex eo genetivus pendeat — post Plinium iam non invenitur. Or. ipse singularem verbi *aliquantum* non usurpat nisi aut pro adverbio: III, 11, 2; IV, 22, 7; 10, 7 aut pro adiectivo II, 8, 1; II, 15, 8; VII, 36, 13. Ceteris locis pluraliter dicit *aliquanti*, *ae*, *a* (I, 15, 5; III, 13, 1; III, 13, 9; V, 1, 1; V, 3, 4; V, 18, 24; VI, 6, 4; VII, 4, 2; VII, 39, 15; VII, 40, 1; VII, 4, 15); formam *aliquantulum* scribit I, 10, 1; III, 13, 8; VII, 37, 17. Praefero igitur *aliquantulum*. Nam quod id cum genetivo coniunctum alibi apud Oros. non invenitur casui tribuendum esse puto. Tam saepe enim apud reliquos christianos invenitur, ut satis habeam pauca tantum exempla attulisse ex iis scriptoribus, quos Or. imprimis secutus est: Vulg. gen. 40 *aliquantulum temporis*; *iud.* 15, 1 *post ali-*

quantulum temporis; I Cor. 16, 7 *aliquantulum temporis* (χρόνον τινά); Aug. doctr. christ. 2, 11, 16 *aliquantulum facultatis*. Deinde vero gravissimum argumentum offertur rhythmo: *aliquantulum temporis* est clausula optima (– ⏑ – | – ⏑ –), *aliquantum temporis* nulla.



pacis gratia uenerunt in acie aduersum se uidere pugnantes
qua indignatione permoti clusini oppidi obsidione dimissa.
totis uiribus romā contendunt; hos ita ruentes fabius.
cum exercitu consul excepit nec tamen obstitit; immo
potius hostilis ille impetus quasi aridam segetem succi
dit. strauit & transiit. Testatur hanc fabii cladem
fluuius allia sicut cremera fabiorum; non enim facile
aliquis similem ruinam romanę militiae recenseret etiā
si roma insuper incensa non esset. Patentem galli urbem
penetrant trucidant rigentes simulacrorum modo
in suis sedib; senatores eosq; incendio domorum cre
matos lapsu culminum suorum sepeliunt; uniuersam
reliquam iuuentutem quam constat uix mille homi
num tunc fuisse in arce capitulini montis latitantem.
obsidione concludunt; ibiq; infelices reliquias fame
peste disperatione formidine terrent subigunt uen
dunt. Nam mille libris auri discessionis pretium paci
cuntur. Non quod apud gallos roma parui nominis fue
rit sed quod illam sic iam ante detriuerint ut ampli
us tunc ualere non posset. Galli extincto populo urbe
deleta ipsum quoq; romae nomen extremis cineribus
persequenter & gothi relicta intentione praedandi ad
confugia salutis hoc est scorum locorum agmina ignara
cogenter ibi uix quemquam inuentum senatorem qui uel
absens euaserit hic uix quemquam requiri qui forte ut
latens perierit; EXPL LIB II INCP LIB III
PRAEFATIO DE MALIS MUNDI Et superiore
lum libro contestatus sum & nunc necessarie repeto
secundum praeceptum tuum de ante actis conflictationi
bus saeculi nec omnia nec per omnia posse quae gesta & sicut
gesta sunt explicari quoniam magna atq; innumera copiosissime

Codicis Rehdigerani 107 fol. 21r

Vita.

Natus sum Hugo Aloisius Cornelius Kaczmarczyk anno proximi saeculi LXXXI die XVI Septembris mensis in Silesiae vico Sczedrzik patre Thomas matre Agnes e gente Scholz, quos ambos adhuc vivere valde gaudeo; fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus gymnasium Oppoliense adii; quod postquam per novem annos frequentavi, maturitatis testimonio instructus vere anni MCMIII reliqui. Tum Vratislaviae studiis imprimis philologicis me dedi. Hi me docuerunt viri docti:

Baumgartner, Bohn †, Cichorius, Ebbinghaus †, Foerster, Grünhagen, Hoffmann, Jacoby, Kampers, Kaufmann, Koch, Kühnemann, Muther †, Norden, Nürnberger, Sdralek, Siebs, Skutsch, Stern, Triebs, Wendland, Zacher †.

Quibus omnibus gratiam debitam habebo; imprimis vero semper pio animo colam cum Richardum Foerster, qui me compluriens haesitantem benigne adiuvit, tum Franciscum Skutsch, qui toti huic opusculo operam curamque summa cum benevolentia impendit.